
TRACTATUS PERUTILIS MARTINI DE FRIAS THEOLOGIAE IN SALMATICENSI...

Martin : de Frias




8
I
4




TRACTATVS PERVTILIS MARTINI de Frias Theologiæ in Salmanticensi academia professoris.

Sequens pagina indicabit, quæ in hoc continentur volumine.

15 

50





SALMANTICAE
Excudebat Ioannes
Iunta.

Ars, & modus aúdiendi confessiones.

Canones pœnitentiales.

Casus Papæ, & Episcopis reseruati.

Prima rudimenta curatorum ad summam redacta.

Familiaritas mulierum a Sacerdotibus fugienda.

Valor Missæ.

Sacerdos qui promiserit diuersis sacrũ vnum, an satisfecerit si pro omnibus tantum vnum celebretur.

Modus, & ordo visitandi.



NOs los Inquisidores contra la heretica prauedad y apostasia en esta noble villa de Valladolid con los obispados de Salamãca y Burgos/y los otros obispados/y abadias delos puertos a esta parte. Hazemos saber a vos los Reuerendos el maestro fray Francisco de Vitoria cathedratico en el estudio z vniuersidad de Salamanca:y el maestro fray Domingo: que por parte del Reuerendo maestro Frias / cathedratico assi mismo de theologia en la dicha vniuersidad/nos es hecha relaciõ que el tiene hechas ciertas obras/ especialmente vn confessionario/y vn tratado de modo visitandi/y otro tratado de valore misse: y otro tratado de consortio mulierũ a sacerdotibus fugienda / y otras obras y tratados. Las quales querria hazer imprimir. Y porque conforme ala session y extrauagante no se puede hazer sin ser vistas y examinadas por nos y sin nuestra licencia. Porende nos vos encargamos que veays / y examineys las dichas obras y tratados:y lo que dellas os paresciere lo digays y depongays ante los prouisores dela ciudad y obispado de Burgos por ante escriuano y notario publico/procediendo para ello juramento en forma. Lo qual se nos embie signado / en manera que haga fe: para que visto por nos demos licencia y facultad para que se pueda imprimir. Para lo qual todo que dicho es/vos damos poder cumplido/ y cometemos nuestras vezes. Dada en la villa de Valladolid a veynte y vno de Agosto / de mil z quinientos y veynte y ocho años.

El licenciado Moriz. El doctor Aluarado.

Por mandado del señor inquisidor.
Diego de cuero
secretario.



N el monasterio d sant Pablo extra muros dela muy noble ciudad de Burgos/a tres dias del mes de octubre año del nascimiento de nro saluador Jesu Christo de mil y quinientos y veynte y ocho años. Yo Lope de Allende notario publico apostolico/ secretario de la audiencia episcopal de Burgos/de cõmission y mandado del muy Reuerendo señor licenciado Francisco de Mena/ Canonigo/ y prouisor dela sancta yglesia y obispado de Burgos sede vacante tome y rescebi juramẽto: en forma deuida de derecho:de fray Francisco de Vitoria maestro en sancta theologia / y de fray Domingo de Soto frayles dela ordẽ de sancto Domingo en el dicho monasterio de sant Pablo: y so cargo de aquel/ siẽdo les mostrada y leyda la prouision retro escripta/y preguntados del tenor della dixeron y depusieron lo que se sigue. Alo qual fueron testigos q̃ estauan presentes Diego de Aras criado de mi el notario:y Martin de Eguya criado de Juan de Junta impressor vezino dela dicha ciudad de Burgos.

¶ Los dichos fray Francisco de Vitoria maestro en sancta theologia / y fray Domingo de Soto de la orden de sancto Domingo/auiendo jurado/ y siendo pregũtados del tenor dela dicha cõmission dada por los señores inquisidores dixeron que ellos auian visto y examinado el dicho libro y tratados del:y que su parecer es/q̃ en todo el ay doctrina vtil/sana/y catholica/sin ningun error/ ni mala doctrina:y q̃ esta es la verdad/ so cargo del juramẽto q̃ hizieron/ y firmaron lo de sus nõbres enel registro.

F. Franciscus Vitoria. Frater Dominicus Soto.

Lope de allende apostolico notario.

REVERENDISSIMO AC ILLVSTRISSIMO IN CHRISTO PAtri Domino. D. Francisco de Bouadilla, diuina miseratione Salmanticensi Episcopo, ac ecclesiæ Tolletanæ Archidiacono dignissimo. Martinus a Frias sacræ Theologiæ humilimus professor, & iubilatus, ac eiusdē Salmanticēsis diœcesis prouisor, & visitator generalis seipsum cum omni obsequendi promptitudine offert.



NTER RELIQVA DIVInæ pietatis beneficia, humano generi liberaliter exibita magnificentissime præsul, hoc vnum maximum & præcipuum esse dignoscitur, vt hominē ipsum quē in tam nobili natura, hoc est, ad imaginē & similitudinem suam condidit: miris auxiliis, & adminiculis, ne pereat subleuare non desinit. Nouerat siquidem diuina prouidentia hominē sathanica suggestione prostratum, atq; mortifero illo antiquoq; veneno sauciatum, multiplici hoste vndiq; infestandum. Ideoq; de auxilio atq; suffragio, quo prostratus erigi valeret, quam salubriter statuit sibi prouidendum: quia (vt Aurelius Augustinus inquit) & si homo sponte, & per seipsum cadere possit: resurgere tamen non nisi adiutus. Sed quod nam quæso salubrius adiutorium lapso homini esse poterat pœnitētiæ, & cōfessionis sacramento: cū & secunda tabula post naufragiū esse dicatur? prorsus nullū. Hinc Ambrosius in de paradyso. Non potest quisquā iustificari a peccato, nisi peccatū ipsum fuerit antea cōfessus. Hinc etiā Ioānes ille cognomēto Chrisostomus. Non

potest quisq̄uā gratiam dei accipere, nisi purgatus fuerit a peccato per pœnitētiæ cōfessionē. Verū & si virtus quā assuefactio gignit, plerūq; certius quā ars operetur. Prodest tñ quāplurimū artis traditio, apud eos maxime, qui nōdū exercitati neq; perfecti sunt in virtute. Habet nāq; hoc propriū ars quælibet: vt faciliori cōpendio ad finē ducat optatū. Attēdens igitur munificētissime antistes nullū maiꝰ fore sacrificiū, nec deo fore acceptiꝰ quā zelus, & regimē animarū: ꝙ & ars artiū nūcupatur. Cernēs deniq; & ex meis diuturnis visitatiōibꝰ, longe ante cognoscēs, ꝙ paucissimi admodū reperiūtur homines, qui perfecte vnquā, & integre cōfiteātur. Causa in multis (vt opinor) existēte: negligētia, vel etiā ignorātia confessorū. Zelo animarū ductꝰ, multorūq; curatorū precibus efflagitatꝰ: scriptis depingere curaui artē ipsam spiritualē, obstetricādi pariter & peccata pariēdi: perq̄ simplices ipsi curati subditi vr̄i, minusq; cruditi cōfessores stare valeāt, modū, & ordinē, quē in sic pœnitētes obstetricādo, eorūq; cōfessiones audiēdo deinceps tenere habeāt. Necesse siquidē est: vt cōfessor quilibet artem hāc obstetricādi spiritualē memoriter teneat. Cuiꝰ manu, & astutia, coluber tortuosus, lubricus, & virulētus de cauernis cordiū peccatorū educendus est. Ne cū negligēs in hoc extiterit: negligat̄ ab eo qui eū misericorditer monet. Si cæcus cæco ducatū præstet ambo in foueā cadunt. Hoc itaq; salutare artificiū, & si tantillū: tibi tamē reuerēdissime præsul offerendū adiudicaui, qui & peritissimus, ac perinde religionis christianæ, & vt de ceteris sileā totiꝰ honestatis exēplar, & custos existis. Certo sciēs nō parū illi ex tuæ dignitatis splēdore, roboris, prouenturū. Suscipe igitur præclarissime præsul munusculū istud, quo soles benigno ac hilari vultu: in quo si quid inciderit nō ad vnguē elimatū: id tua solertissima censura castiga. Vale diu felix Pontifex.

TABVLA, ET INDEX
totius operis.

De litera. A.

Confeſ-

De litera. D.

Diligen

De litera. E.

Exemplum

De litera. F.

De litera. G.

De litera. H.

De litera. I.

De litera. L.

Licet

De litera. M.

medicorũ

De litera. P.

Plura

De litera. Q.

De litera. T.

Vtrum

Finis tabulæ.



INCIPIT TRACTATVS BREVIS, ATQVE FRVCTVOSVS,

de arte, & modo audiendi confesſiones, & de quam plurimis documentis, quæſtionibuſq;, ad id conferentibus. Adiunctis etiam canonibus pœnitentialibus, & caſibus, tum Papæ, tum epiſcopo reſeruatis. Atq; de primis rudimentis curatorum, ad ſummá redactis. Inſuper, & de Familiaritate mulierum, a ſacerdotibus vitanda, & de Valore miſſæ, An. ſ. ſacerdos promittens ſigillatim diuerſis vnam miſſam, ſufficienter ſatiſfaciat, celebrando vnam tantum pro omnibus. Præterea, de Modo, & ordine viſitandi. A Martino de Frias ſacræ theologiæ profeſſore: & in Salmáticenſi academia iam diu iubilato, ciuſdemue diœceſis prouiſore, generaliq; viſitatore meritiſsimo, non minus eleganter quá ſalubriter æditus.



CVM APOSTOLVS DICAT quod quæ a deo ſunt, ordinata ſunt. Et alibi, omnia honeſte, & ſecundum ordinem fiát in vobis. Et Auguſtinus in de natura boni, tradit in modo, ſpecie, & ordine rationem boni conſiſtere. Vſq; adeo, vt vbi hæc tria ſint: magna bona ſunt. Vbi parua, parua. Et vbi nulla, nulla. Ideo, in huius artis eruditione, diuina opitulante clementia: hunc ordinem, obſeruare intendo. Primo, oſtendam ſeriem, & modum, quem ſimplices confeſſores, & curati, in audiendis confeſsionibus tenere debeant. Secundo, tangam breuiter,

& succinte aliqua specialia documenta, ad rectum, & bonum vsum huius artis, cuilibet cófessori admodum profectura, & necessaria.

Præābulū primū ad confessionem.


ED Antequam ad primi prosecutionem deueniatur: præsupponéda sunt aliqua, quæ exiguntur veluti præambula, ad peccatorum confessionem sacramétalem, recte, & rite agendá.


Primum igitur, quod supponitur ad huiusmodi cófessioné, recte, & fructuose agendá est, ne pœnitens quisq; is fuerit, regulariter impremeditat⁹ accedat, quin potius cómuni decreto, & sententia theologorū in. 4. dist. 17. pœnitens præsertim non assuetus confiteri, nisi semel in anno, cum disponit ad sacramentū confessionis accedere: tenetur ante per aliquot dies, plures, seu pauciores, secūdum qualitatem personæ confitentis, discutere, & examinare conscientiá suam, & facere totū posse suū, secundū fragilitatem humaná, adhibendo diligentiá: vt peccatorum suorū memoriá habeat, discurrédo per status, quos interim habuit, & per officia, q̄ exercuit. Per societates, & conuersationes, quas tenuit. Per loca, in quibus perambulauit. Et per exercitia, quæ operatus est, & per cósimilia: vt sic integre confiteri valeat. Cū pœnitens (si Gabrieli, in eadem dist. 17. lib. 4. creditur) non solum teneatur, ad confessionem eorum, quorum actu habet memoriam, verum etiam, quorum actu non habet: habere tamen posset adhibitam debitam diligentiam, reuocandi commissa, & omissa ad memoriam: secundum posibilitatem (vt dixi) fragilitatis humanæ. Quare, si quæras, quantá circa hoc diligentiá, adhibere debeat pœnitens.

Cóclusio

Respondet Scotus, eadé dist. 17. lib. 4. quod tantá, quantam quis adhiberet, & apponeret, ad inquirendū aliquid arduum

arduũ valde: quod ſibi multum eſſet cordi. Quod etiá, ſatis dedit intellgere diuus Auguſtinus in lib. de vera & falſa pœnitẽtia, & trahitur a magiſtro lib. 4. diſt. 16. Et a Gratiano de pœ. diſ. 5. c. Cóſiderat. Vbi dicit Auguſt. de tali pœnitẽte: paratus ſit facere, pro recipienda animæ vita: quæcũq; faceret, pro vitãda corporis morte. Et addit vltra. Cum gaudio. n. debet facere, immortalis futurus: quod faceret, pro differenda morte moriturus. Et vſq; adeo eſt, pœnitentẽ nó adhibere talẽ diligentiá poſsibilẽ, reducendi ad memoriá, omnia peccata ſua, antequá, ad confeſsionẽ accedat: vt ſi ſcienter ſaltim, & ex propoſito, in hoc negligẽs deprehenſus fuerit: reducto ad mẽmoriá eius, aliquo peccato oblito, per abſolutionẽ, de aliis obtẽtam: erratur, de mẽte Ricardi. Ideo, tale peccatũ oblitũ, confiteri eidẽ ſacerdoti, cui & prius confeſſus fuerat: dũtamẽ, interim nó fuerit illi ablata, ſeu interdicta abſoluẽdi poteſtas, in quo caſu: aut ſi eum cómode, inuenire nó poſſet, debeat & illud peccatum, & omnia alia peccata mortalia, priori ſacerdoti confeſſa, prout poſſet recolere: confiteri alteri ſacerdoti. Nam in hoc caſu, Ricardus de media villa, in diſtin. 17. lib. 4. tenet, confeſsionem prius factam, reiterandam in ſpecie, vel ſaltem in genere, vt aliis placet. Eſſet igitur ſalutaris cautela; vt ſacerdotes, curati ſaltem: diebus dominicis quadrageſimæ, intra miſſarum ſolemnia, poſt offertorium, ſuaui eloquio admonerent populum: vt non impræmeditati, ſed potius diligenter diſcuſsi, & examinati ad confeſsionem ſacramentalem accederent. Et idem admonerent etiam prædicatores, in ſuis ſermonibus, preſertim, apud eos, qui non ſunt aſſueti confiteri, niſi ſemel in anno. Et ſi ita fatentur accedere: benigne audiendi ſunt.

Alias admonendi vt vadát, & conentũr reducere ad memoriam ſua peccata: diſcutiendo, & examinando conſcientias ſuas, vt ſupra.


VPPONENDVM eſt ſecundo: quod ſi ſacerdos curatus, alias non cognoſcit pœnitenté, inquirere habet ab eo, de quol oco, diœceſi, & parochia ſit: vt ex hoc perpédere poſſit, an talis pœnitens fuerit, de omibus ſuis: ipſeq; fuerit ſuus paſtor, & curam eius gerens. Ne mittat falcem ſuá, in meſſem alienam: vt excipitur, ex cap. venerabilem. extra de elect. Et ex cap. ſcriptum eſt. 6. q. 3. &. 9. q. 3. cap. nullus primas. cum reliquis. Nam iuxta ſtatutũ lateranéſe, de quo, in cap. omnis vtriuſq; ſexus. extra de pœ. & re. quilibet fidelis, tenetur (ſalté ſemel in anno) confiteri ſuo proprio ſacerdoti, & nó alteri, extra caſum extremæ neceſſitatis. Quis tamen dicatur proprius ſacerdos vniuſcuiuſq;: & quot proprios ſacerdotes quis habere dicaí: trahitur optime, per Petrum de Palude, & alios theologos. lib. 4. diſt. 17. Et per decretiſtas, ſuper. c. omnis vtriuſq; ſexus, ſuperius citatũ. De quo auté dicetur infra, in ſecũda parte huius tractatus. Si igitur ſacerdos, alias nó agnoſcat pœnitentem: interrogare habet (vt dixi) de quo loco, & terra, atq; parochia ſit: vt ex hoc intelligere poſſit: an habeat autoritatem, ad eum audiendum, vel non: alias talis confeſsio (ſalté ex induſtria) alieno ſacerdoti facta, reiteráda eſſet: vt infra dicetur. Interrogádus quoq; eſſet pœnitens, ſi alias ſacerdos cũ non cognoſcit de eius ſtatu, officio, & conditione: tum, vt perpẽdere poſsit, an fuerit capax abſolutionis, vel ne. Nam, ſi inuectus eſſet, in tali arte, vel officio, quod ſine mortali minime exerceri poteſt: cum vt ſic non veniret abſolućdus: melius eſſet ei

Præãbulum ſecũdum.

iudicare

iudicare a principio, ne forte eum audiendo, & poſtea nollens eum abſoluere, aliquantulũ ſcandalũ ſibi ex illo ſacerdote aſſumeret. Eſto, quod bene poſſet ſacerdos audire illum talẽ, qui habet aliquid illicitum, quod nõ vult dimittere. Admonendus tamen prius eſſet, quod ſi vult confiteri libenter cũ audiet: abſoluere tamen non poſſet niſi prius dimittat artem, officium vel alias, quod ſine mortali exerceri non valet. Valere tamen ei talis confeſſio ad multa bona, præſertim ut citius deus illum illumi net, & trahat ad veram penitẽtiam: vt dicitur in. c. quod quidam de pe. & re. Et ſic admonitus ſi proponit id dimittere: & audiendus & abſoluendus eſſet: ſi aliud non obſtaret. Si vero noluerit dimittere, vult tamen confite ri: audiendus eſſet, & monitis ſalutaribus inſtruendus: penitentia tamen aliquali eidem iniuncta, nullo modo eſſet abſoluẽdus, quantuncunq; pro ea inſtaret: alias & ipſe ſacerdos peccaret mortaliter. Et talis abſolutio in ſe eſſet falſa & nulla: vt dicitur in cap. fratres noſtros. de pe ni. diſtin. 5. Et vt Gregorius dicit. 11. q. 3. tunc eſt vera abſolutio ſacerdotis, cum interim ſequitur arbitrium iudicis, ſcilicet dei, qui nunquam abſoluit impenitentem: vt habetur de peni. diſt. 1. Neminem. valeret quoq; talis inquiſitio facta a ſacerdote, de ſtatu & conditione pœnitentis: vt in interrogationibus eidem faciendis, ſacerdos cõformaret ſe ſtatui, officio & cõditioni ipſius pœnitentis. Nam vt infra dicetur, non debent interrogari in confeſſione peccatorum omnes æqualiter, & de omnibus: ſed plus & minus, ſecundum qualitatem perſonarum, quæ non debent latere ſacerdotem: vt vnicuiq; pro modulo ſuo talia præparet fercula, qualia ei cõgruãt eiuſq; conditioni, officio, & ſtatui adaptari valeant.

VPPONITVR & tertio: quod si pœnitens fuerit obnoxius, restitutiom alicuius, siue pecuniæ, siue famæ, siue hæreditati, vel alias: antequam ad confessioné sacramentalem peccatorum accedat (nisi possibilitas, seu facultas desit) restituere habet. Nam cum restitutio, nihil aliud sit, quam ab offensa cessare: quia ex hoc ipso, quod rem alienam detinet, inuito domino, eũ offendit. Et cessare ab offensa, non sit satisfactio, nec pars satisfactionis: quin potius præambulum quoddam, ad confessionem, & satisfactionem. (vt est cómunis fere sententia doctorum theologorum in dist. 15. lib. 4.) Sequitur quod quisq; verus pœnitens, antequam ad peccatorum suorum vocalem confessionem accedat (si cómode potest) tenetur restiture male ablata. Hinc infero, quod cum interim, quo, quis non cessat peccare, & offendere: nequeat congrue, & fructuose pœnitere: quod qui, ante pœnitentiam, & pœnitentiæ sacramentalis partes, non agit quod in se est, vt cómode potest restituat: non vere, neq; digne, neq; fructuose, regulariter loquendo confitetur, & pœnitet. Pro quo satisfacit dictum Augustini, in epistola ad Macedonium. Et trahitur. 14. q. 6. si res. Vbi dicit: si res aliena, propter quam peccatum est, reddi possit, & non redditur: non agitur pœnitétia, sed simulatur, quia si veraciter agitur, non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Et idem dicitur a magistro sententiarum, in lib. 4. distin. 15. in fi. Et trahitur etiam, in de regulis iuris. lib. 6. in regula peccatum. Et confirmatur, quia iste furtum cómittit, & est in furto: vt ex diffinitione furti patet. Et vt sic, digne confiteri non habet. Hinc vltra sequitur, quod is, qui in vita, potuit cómode restituere rem alienam, quá

Corollarium.

Corollarium.

inuito

innito domino detinet,& non reſtituit,ſed reliquit eam reſtituendam ſuis hæredibus: vel aliis conſimilibus, in ſuo teſtamento, regulariter loquendo, non vadit tutus. nec decedit in ſtatu ſecuro:quin potius in peccato furti. De quo, tamen amplius informari poſſet curatus,ex dictis domini Archiepiſcopi Florentini ſua parte.2. titu.2. cap. vltimo. Et etiam per Angelum de clauaſio, in ſua ſumma.reſtitutio tertio.§.2. & conſonant alij quam plures ex ſummuliſtis.Neq; ſufficere debet confeſſori, quærere a pœnitente, ante omnia: an teneatur ad reſtitutionem alicuius debiti,ſeu male ablati, ſed vltra perquirere debet, de tempore huius obligationis: & an alias fuerit ei iniũctum a ſacerdote, quod reſtitueret.Et comperto, quod ſic: & quod licet annuatim id reſtituere promiſerit, non tamen opere adimpleuerit, ſed ſemper procraſtinat, & differt de die in diem eius excuſationem, quia tunc non eſſet abſoluendus, niſi prius realiter, & cum effectu reſtituat: vel ſaltem præſtet cautionem fideiuſſoriam, vel pignoratitiam, de reſtituendo infra certum terminum, ei præfixum ſatis accommodatum. Neq; alias (vt dixi) eſſet abſoluendus, neq; conſulendum ei, quod ad communionem accedat, vt idem beatus Antoninus Florentinus vbi ſupra docet. Neq; huiuſmodi reſtitutio ſubiacet arbitrio confeſſoris, neque circa eam poteſt aliquid taxare, vel moderari: ſed cogitur iubere illi,quod reddat tantum, quantum abſtulit.

Et non ſolum, quantum valet res furto ſublata, verum damna, & expenſas, vt Theologi tradunt. libro quarto, diſtinctione decima quinta. Et ideo decipiunt ſeipſos Sacerdotes, audientes confeſsiones, credentes ſe, in hoc habere arbitrandi iudicium. Nam

& si in satisfactionibus, seu pœnitentiis iniungēdis arbitrari possint (vt infra suo loco dicetur) non tamen in restitutionibus agēdis, & consulendis: vt etiam episcopus Abulensis pertractat in quibusdam, quas voluit Romæ disputare. In quo tamen nonnulli ex simplicibus sacerdotibus, & confessoribus plærumq; decipiuntur: & male, & in detrimentum animarum suarum, & periculum eorum qui talibus confitentur.


VPPONITVR & quarto: qualis debeat esse confessor, qui exponitur, aut seipsum exponit confessionibus audiendis. Nam & is inter cætera tria, maxime habere debet scientiam scilicet, bonitatem, & clauem potestatis, non ligatam.

Præābulūquartū

Primum satis patet, ex his quæ beatus Augustinus dicit in libro de penitentia: & trahitur a magistro sententiarum in distinctione. 17. lib. 4. Et a Gratiano de penitentia, distinctione. 6. Cum dicit. Qui vult confiteri peccata, vt inueniat gratiam, querat sacerdotē: qui sciat ligare & soluere. Ne cum negligens circa se extiterit, negligatur ab eo, qui eum misericorditer monet, & petit. Matthei scilicet. 15. & Lucæ. 6. Si cæcus cæco ducatum præstat: ambo in foueam cadunt, quam stultus euitare noluit. Et idem trahitur de penitentia distinctio. 1. quem penitet. In cap. aliquando. §. non sunt. Et in cap. Cum sit ars artium. de ætate & qualitate ordi. Ad idem faciunt omnia, quæ trahuntur a Gratiano decreto. distinc. 38. per totam. Et quæ diuus Gregorius pertractāt in suo pastorali plurisq; in locis. Et consolant alij. Cum enim videamus medicos corpora reuoluere quotidie, & legere libros physicales, & medicinales corporum

rum: in quibus docentur curare corpora moritura: magna eſt ſtultitia ſacerdotum, non legere libros ſancto tum, medicinales animarum, in quibus docemur curare animas in æternum victuras. Cum maius ſit damnum vnius animæ, quam mors innumerabilium corporum. 24.q.3.ſi habes &c.

Et ſi quæratur quãta debeat eſſe huiuſmodi ſcientia, quæ exigitur in confeſſore ad audiendas confeſſiones, dicit ſanſtus Thomas in diſtinctione. 17. libr. 4. quod & ſi non ſit maior, ſaltem debet eſſe tanta, vt ſciat diſcernere inter peccatum, & peccatum: & inter veniale, & mortale, & vltra: quod ſciat bene dubitare, vt in caſu poſsit recurrere ad peritiores. Et Albertus Magnus ibidem dicit, quod ſacerdos illa neſciens (vt ipſe putat) peccat mortaliter audiẽdo confeſſiones: & eum inſtituens plus peccat, quam ipſe. Et eum permittens inſtitutum miniſtrare, etiam peccat mortaliter: ſi ſua intereſt (vt dicit) tales prohibere. Durandus etiam ordinis minorum in ſua ſumma dicit vnũ quodq; ſatis terribile, pro ydiotis curatis, & ſimplicibus confeſſoribus, qui parua, aut nulla fere ſciẽtia, ſeipſos libenter exponunt, ad audiendas confeſsiones. Dicit igitur ille, quod quoties confeſſor ſe ingerit ad cõfeſsiones audiendas, toties ſe offert ad reſpondendum de quolibet. Et interdum de caſibus inopinatis, & alias inauditis, & de quæſtionib⁹ perplexis valde. Et vt Petrus de palude tenet in diſt. 19. lib. 4. Plus adhuc ſcientiæ requiritur in eo, qui ſe ingerit ad audiendas confeiſſones, quã in eo, qui ponitur ad hoc a ſuperioribus ſuis: quaſi ex obedientiæ iniunctione. Debet ergo confeſſor ſcire diſcernere inter peccata, & differentias peccatorum, Et ita ſcire debet, an ea, quæ ſibi exprimũtur per

Cõcluſio

pœnitentem, sint peccàta, vel ne, & qualia peccata: alias si cõfessor iudicat licitũ, quod est illicitum: tam confessor, quam pœnitens in foueam inferni cadent. Et talis confessor cum periculo animæ suæ, audit confessiones. Et si ignorat canones pœnitentiales, vix nomen sacerdotis in eo constabit: vt dicitur in. c. quæ ipsis sacerdotibus. dist. 38. Quod vero in sacerdote, qui audit peccatorum confessiones: exigatur vitæ bonitas, aut probitas. Ex eodem Augustini dicto, de quo supra etiá còlligitur in eodem enim. c. qui vult &c. de pœ. dist. 6. §. sacerdos. dicitur sacerdos, ante quem statuitur omnis langor, in nullo illorum sit iudicandus, qui in alio iudicare est promptus. Iudicans enim alium, qui est iudicandus, seipsum condemnat. Et extra posset enim tali dici illud Lucæ. 4. Medice cura teipsum. Neq; non & illud Matthæi. 7. Hypocrita eiice primum trabem de oculo tuo &c. Atq; illud Ioannis. 8. Qui sine peccato vestrum est, primus in eam lapidem mittat. Magna nanq; stultitia est (vt Gregorius in suo pastorali dicit) si aliquis àlios mederi properat, qui & ipse in facie vulnus portat. Et intantũ est hoc verum: vt sanctus Thomas, & Petrus de palude, cum multis aliis in. 4. lib. sentẽtiarum dicant, quod sacerdos audiens confessiones aliorum cum conscientia peccati mortalis, & generaliter quotiescũq; cum peccato mortali aliquod officium sacrum pertractat, exhibens se in actu illo, vt ministrum ecclesiæ: toties mortaliter peccat: vt videre habet per ipsum sanctum Thomam in distinctio. 24. libro. 4. q. 1. sub articulo vltimo. Et distinctio. 5. eiusdem libri. q. 2. articulo. 2. sub articulo. 4. Licet Henricus de Gandauo quolibeto. 6. q. 30. mitius in hoc se habeat. Vtrum tamen in omnibus sacerdotibus, & confessoribus,

qui modernis temporibus exponuntur, confeſsionibus audiendis, ſit reperire tantam ſcientiam, tantamque vitæ probitatem: quantam ſupra de mente ſanctorum doctorum deſcripſimus fore neceſſariam, ad actum illum rite, & impune exercendum: videant ipſi, qui exercent: pariter &, qui eos exponunt, licentiant, atque permittunt. Et ideo eis ſatis congrue adaptari poteſt illud propheticum: Surgite, poſtquam ſederitis, qui manducatis panem daloris. Necnon & illud Auguſtini, in primo de Trinitate, quod nec periculoſius alicubi erratur: nec laborioſius aliquid quæritur. Et ob id forſan idem Auguſtinus in epiſtola ad Valerium: & trahitur decreto, diſtinctione quadrageſima. ante omnia dicebat, quod nihil apud Deum miſerius, triſtius, atq; damnabilius epiſcopi, aut presbyteri officio: ſi perfunctorie, id eſt, negligenter res agatur. Licet ſi exerceatur, vt noſter Imperator iubet, nihil hoſpitabilius: quia, vt Gregorius in paſtorali dicit, nullum maius ſacrificium apud Deum eſſe poteſt, quam zelus animarum: quo zelo inflammatus Deus pater, proprio adhuc filio ſuo nó pepercit: ſed pro nobis omnibus tradidit illum. ad Roma. 8. vt omnis, qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitá æterná. Ioannis. 3. hoc eodem zelo inebriatus vnigenitus ipſe, qui eſt in ſinu patris, noſtra mortalitate veſtitus, in cruce pendés, vt conſumaretur ſcriptura, dixit, ſitio. Ioan. 19.

Quod autem confeſſor, ad peccatorū confeſsiones audiendas habere debeat, poteſtatem ligandi, atq; ſoluendi, non ligatam, aut impeditam: ex eo patet, quod confeſsio penitentis ad eius ſolutionem, & peccatorum remiſsionem ordinatur: ſed planum eſt, quod actus huiuſmodi ſacramentalis, qui eſt abſoluere, & miniſteriali

ter

ter peccata remittere: non poteſt eſſe, niſi ab habente talem poteſtatem. Quæ poteſtas clauium, & in Euangelio, & apud ſacros doctores appellatur: igitur oportet, quod in confeſſore, qui ponitur ad audiendas confeſsiones, fuerit talis poteſtas: vnum tamen eſt, quod cum ad abſolutionem a peccatis, requiratur duplex poteſtas: ſcilicet, poteſtas ordinis, & poteſtas iuriſditionis. Licet prima æqualiter ſit in omnib⁹ ſacerdotibus, nec (vt ſic) plus in Papa, quam in ſimplici ſacerdote: non tamen ſecunda: vt traditur a theologis lib. 4. diſtinct. 19. Hinc eſt, vt ibidem dicunt, quod licet ſummus pontifex, qui habet huiuſmodi poteſtatem indiſtinctam ſuper omnes, poſſit vti clauibus in quemlibet, non tamen alij ſub eo conſtituti: ſed in eos tantum, qui eis in ſortem venerunt, & ſuper quos imperium, & iuriſditionem accipiant: niſi in articulo neceſsitatis, in quo (vt dici ſolet) quilibet ſacerdos eſt Papa.

Corollarium.

Corollarium.

Hinc eſt, quod ſicut oportet vnumquemq; fidelem confiteri ſacerdoti, ſic regulariter extra articulum neceſsitatis, oportet etiam confiteri proprio ſacerdoti vero, vel extimato, vt dicitur in cap. omnis vtriuſq; ſexus. de pœni. & remiſ. &. 16. q. 1. adiicimus. §. Ecce. Et. 9. q. 2. per totam. Et de pœ. diſtin. 6. cap. vltimo. Et ideo dictum eſt quod oportet cóſeſſorem habere poteſtatem illam non impeditam, aut ligatam, ſiue propter defectum iuriſdictionis: ſicut eſt in ſimplici ſacerdote: ſiue propter impedimentum executionis ordinis, ſicut in excommunicatis, degradatis, & huiuſmodi. Licet in articulo neceſsitatis in caſu, quod alius haberi non poſsit: etiá ſacerdos excommunicatus poſsit abſoluere & a peccato, & etiam ab excommunicatione, Imo ſi eſſent duo presbyteri in

extre-

extrema neceſsitate conſtituti, & vterq; excommunicatus: vterq; alterum, ſeu mutuo adinuicem ſe abſoluere poſſent, & a peccato, & excommunicatione: vt Petrus de palude tenet lib.4.diſtin.24.q.6.arti.2.Et diſtin.25.q.1.arti.3.in fine.& Iacobus Almoñ.ſuper quartũ Scoti.diſtin.17.q.1.Et in tractatu de poteſtate clauium.cap.4.Et etiam Angelus de Clauaſio in ſumma.Confeſsio.3.§.2. licet ſancto Ioanni Bonauẽturæ in diſtin.eadẽ: & etiam Iacobo de Viterbio in quolibeto.1.q.18.hoc non placeat: ſed quia mea intentio in hoc breui compendio fuit duntaxat inſtruere ſimplices, & plebeianos confeſſores, & curatos: ſaltem quo ad prima rudimenta eis neceſſaria ad audiendas confeſsiones: & ſignanter quo ad modum, & ordinem, quem in audiẽdis huiuſmodi confeſsionibus tenere deberent, non curans pro nunc de difficultatibus arduis, neq; de apicibus iuris. Quia ſcriptum eſt. Sapientiam loquimur inter perfectos: ideo de his, & conſimilibus ad preſens ſuperſedendum duxi. Ad propoſitum principale accedens. Cætera ſubtiliora relinquens pro his, quibus opus eſt iam non lacte, ſed potius ſolido cibo. Qui tantum eſt perfectorum, & eorum, qui exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem conſimilium.

MODVS AVDIENDI Confeſsionem.



CVM Igitur pœnitens acceſſerit humiliter, & deuote, vultuq; in terra demiſſo ad ſacramentalem peccatorum ſuorum confeſsionem ſic diſpoſitus, vt præmiſſum eſt faciendam. Confeſſor, cui preſentatus fuerit, ipſum ſic inſtruere habet: vt

Inſtructío cõfeſſoris, pariter & pœnitentis.

vt quamprimum genu flexo, si fuerit vir capite discooperto. Si vero mulier cooperto sedeat ex transuerso ad dexteram, vel sinistrá ipsius confessoris, & non facie ad faciem: quia si pœnitens fuerit mulier: facies eius (vt dicitur Abacuc. I.) ventus vrens. Si autē fuerit vir, aut verecundus iuuenis: posset ex cōfessoris intuitu, & faciali aspectu confundi, & verecūdari, atq; in cōfitendis, propalandisq; horribilibus saltem, & enormibus peccatis titubare: & præ confusione turbari: neq; ita faciliter haberet audaciam detegendi peccata. In patenti igitur, & publico loco signanter cum muliere sic sedentes: neq; mutuo se inuicem respicientes. Neq; vltra quam necessitas confessionis requirat immorantis, extraneas, & peregrinas confabulationes pro posse deuitátes. Admoneat confessor pœnitentē, vt signo sanctæ Crucis ante omnia se muniat dicens. Per signū sancte Crucis, de inimicis nostris libera nos Dn̄e Deus noster. In nomine patris, & filij, & Spiritussancti, Amen. Deinde suadeat ei, quod dicat orationem Dominicam, salutationē Angelicam, & symbolum fidei apostolorū, Credo in Deum. Et si nesciat, eum doceat, vel saltem moneat, vt adiscat, prout tenetur ex cap. Deus, qui ecclesiam. extra de pœni. & remissio. & ex cap. vos ante omnia. de conse. distin. 4.

Quatuor pergrēda a cōfessore cōtra cōfitētem. Primum



POST Hæc perquirere habet cōfessor a pœnitente quatuor per ordinē. Prima interrogatio in ordine erit. An pœnitēs fuerit irretitus, seu inuolutus aliquo vinculo excōmunicationis maioris, vel minoris. Quod si fatereť, quod non, procedat vlterius. Licet satis decens, quod pœnitēs semper saltē ad cautelá petat a cōfessore absolui ab aliquo vinculo excōmunicationis, participando cum excōmunicatis,

vel

vel alias quocũq; modo vigore indulgentiarũ, quas a ſuperioribus habet. Sed ſi pœnitẽs reſpõdeat, quod eſt excõicatus: ſecundũ ipſum Abulenſ. Matth. 16. q. 57. eſto, q̃ cõfeſſor haberet autoritatẽ, prius eſſet abſoluẽdus ab excõicatione: quã a peccatis. Imo priuſquã audiret᷑ illius cõfeſſio. Sed ſi nõ habet autoritatẽ, eſſet remittẽdus ad excõicationẽ, priuſquã ſaltẽ abſolueretur a peccatis, ſecundum cõmunem modũ dicendi & Abulenſis, & Petri de palude, Ricardi, & Gabrielis in. 4. diſtin. 17. & ſequenti. Immo, vt Abulenſi placet, priuſquã audiretur: quia, vt dicit᷑ excõicato non eſt participandũ, maxime in diuinis.

Nec eſt ad ſacramenta recipiendus: ſed hoc eſt verum. regulariter, & alias: ſecus forſan, quãdo hoc ipſum ordinatur ad eius abſolutionẽ; vel abſolutionis meliorationem, ſicut hic. Nam audita, ad plenum vita eius, melius conſiliũ poterit dari, de modo abſolutionis impetrãdæ, vel impertiẽdæ, vt Palude amplius docet lib. 4. diſt. 18. q. 6. c. 3. prope finẽ. quod tamen ſit excõmunicatio, & quotupliciter, quæ a iure, q̃ ab homine. Et quæ maior, quæ minor, & in quo vtrunq; conſiſtat: & quis poſsit ab excõmunicatione abſoluere, & de modo, & forma, quã obſeruare debeat in tali abſolutiõe, cum aliis multis: recurſum habeto & ad theologos libr. 4. diſt. 18. Et ad decretiſtas, in toto titulo, de ſentẽtia excõmunicationis, & iure nouo, & antiquo. Et in decretis. 11. q. 3. cum reliquis.


EST Secundo loco interrogandus pœnitens a confeſſore: quantum tempus effluxerit, poſtquam vltimo fuit confeſſus. Et cui. Quod ſi dicat, ſe cõfeſſum anno proximo elapſo, & proprio ſacerdoti, aut de eius liciẽa, vel alicui priuilegiato, vlterius procedat. Si tamen fateat᷑, quod duo, vel plures Secundũ

anni

anni pertransierunt, in quibus non fuerit confessus: remittendus esset ad ordinarium, seu diœcesanum pro impetranda absolutione: si ex eius mandato, aut statuto synodali iam fuerint denunciati omnes, qui rebelles fuerunt in parendo mandato ecclesiæ, de semel in anno confitendo. Et si dicat se confessus anno proximo præterito, non tamen proprio sacerdoti, & præsertim sciẽter, nec de illius licentia: neq; alicui ex priuilegiatis, vel alias legitime a superiori licentiato: iniungendum est ei, quod reiteret confessionem illam, tanquam coram non proprio iudice factam. Iste nanq; est vnus ex cærtis casibus, de quibus infra: in quibus venit reiteranda confessio: quos (vt dicam) non oportet latere confessorem

Tertium

ERTIO Loco venit interrogandus pœnitens, dato, quod anno præterito fuerat confessus, an impleuerit pœnitentiã sibi tunc iniunctam. Quare si respõdeat, quod sic iuxta posse fragilitatis suæ, procedẽdum est vlterius. Sed si dicat, quod non: quærat qua de causa, & si ob negligentiam, vel imposibilitatis casus emergẽtes, inducat eum, vt de illa inobedientia præterita veraciter doleat, veniamq; a Domino, & eius ministro petat: firmiterq; in animo, & corde suo proponat, citius quam fieri posit se adimpleturum. Vel si talis pœnitentia fuerit omnino imposibilis effecta, aut irrationalis, nimiũq; rigorosa, aut subsit alia consimilis causa: petat relaxationẽ, siue commutationem ab eo, qui potest de iure, de quo infra aliud dicetur. Si tamen pœnitens respondeat, quod pœnitentiam illam non impleuerit: quia effugit iam eius memoriam, tradiditq; eam obliuioni ex incuria, & contemptu iniungat ei, quod reiteret confessionem totam illorum,

& aliorum peccatorū, propter quæ ſibi fuerit iniuncta. Præſertim ſi confitetur tunc alteri confeſſori, quā prius. Nam ſi eidem cōfiteatur, forte non eſſet opus totam ex integro reiterare. Sed in genere, & grauiora. Sed cum nimirum ſcrupuloſis mitius agere cupientes dicimus, pro ut multi dicunt, quod in hoc caſu licet obliuionem, & negligentiam pœnitentiæ confiteri teneatur: non tamen prius confeſſa. Niſi dato, quod non in purgatorio, ſed in hac vita, & non ex ſe: ſed de manu ſacerdotis, pœnitentiam ſacramentalem expiare velit.


VARTO Loco eſſet interrogandus. An communionē ſacri corporis Domini in paſcate de manu proprij ſacerdotis, aut ſaltem ſine eius vllo præiudicio ſuſceperit iuxta præceptū eccleſiæ in. c. omnis vtriuſq; ſexus. de pœ. & re. Quare ſi ſe ſuſcepiſſe dicat, bene quidem. Si autem cum cauſam omiſsionis ſufficientem ſaltem per totum annum non inueniat: dolenti, & de eo pœnitentiā petenti ſalubriter iniungat: & in futurū emendam promittat. Verus enim & deuotus Chriſtianus raro poſſet allegare ſufficientem cauſam ſe a tam ſalubri, tamq; ſalutifero, & ſuaui conuiuio abſtinendi. Licet bene ad tēpus de licentia tamen ſui proprij ſacerdotis, vt dicitur in. c. ſuperius citato: in quo expertus ſum magnam negligētiam: & tepiditatem pro quolibet etiam minimo abſtinentium: & non minorē temeritatem, quā plurium incipientiū curatorum eos leuiter licentientiū, necdum ad tempus: verum ex illa leui occaſione accepta potius, quā data per totum annū, quod perſæpe in meis ordinariis viſitationib⁹ reprehēdi. Vtrū tamen is, qui ſuſtinuit magnam iniuriam, vel damnū ab aliquo in bonis externis, aut in perſona: propter quod Quartū.

sic iniuriam, seu damnum passus denegat iniuriatori salutationem, & alia communia signa exteriora amicitiæ: omni tamen odio, & rancore a corde remoto licite possit licentiari ad communionem: vide singulariter per dominum Durandum ordinis minorum in sua summa. Et ex mente illius per dominum Archiepiscopum Florentinum sua parte secunda. tit. 8. cap. 3. §. 6. quod bene nota. Nam est quæstio quæ persæpe accidit, & de qua quampluries in visitando fui scicitatus: pro quo casu vide bonam glosam decretorum dist. 90. Si quis contristatus.

Exortatio generalis ad cōpūctionē pœnitentis.



OGNITIO Ex prædictis interrogationibus, quod pœnitens non est excōmunicatus. Et quod in cōfitēdo, pœnitentiā iniunctā adimplendo: & in semel saltē in anno cōmunicando obtēperauit ecclesiæ præcepto: tunc in feruorem charitatis excitat⁹ deuoto, & feruēti animo suspirans dicat pro venialibus confesionē generalē Latino, vel vsitato sermone inquiēs. Ego nimis reus peccator cōfiteor Deo omnipotenti, & tibi pater, qui locū eius tenes, me in lege Dei mei grauiter peccasse fateor &c. vsq; in locum illum, dico tibi meā culpam. Tunc confessor satis cōgrue, vt puto, poterit pro pœnitēte dominū deprecari subdēs orationē illam communē deprecatiuā: Dominus parcat tibi. Misereatur tui omnipotens Deus, detq; tibi gratiā, vt veraciter, & fructuose confitearis, & dimittat tibi omnia peccata tua: liberet te ab omni malo: saluet, & confirmet te in omni opere bono, & perducat te in vitā æternā. Amen. Deinde sacerdos scd'm gratiam sibi a dño traditam incipiat generali sermone præparare pœnitentē ipsum ad cōtritionē de peccatis suis habendā, & ad integrā ipsorum confesionē faciendā. Proponens ei quomodo

vera,

vera, & fructuoſa confeſsio peccatorũ debet eſſe circunſtantionata, adornata, atq; inueſtita decem & ſex conditionibus, & circunſtantiis, ſeu proprietatibus, quas theologi doctores pertractant lib. 4. diſt. 17. Et ſunt iſtæ, quæ ſequuntur, puta, quod ſit ſimplex, humilis, pura, fidelis, frequens, nuda, diſcreta, libens, verecunda, integra, ſecreta, lacrymabilis, accelerata, fortis, accuſans, parere parata.
Debet ergo confeſsio quáprimo eſſe ſimplex, id eſt, non verbis ornatis compoſita: ſed potius ſine implicatione verborum: ita, vt quæcunq; peccata cómiſit mente, ore, & opere ſacerdoti proponat: vt Auguſti. in ſolido quis dicit: ſicq; dicantur peccata cum circunſtantiis, quod alia ſuperflua, & extranea ibidé non immiſceátur. Secundo debet eſſe confeſsio humilis interius. ſ. & exterius. Exterius quidé, vt flexis genib⁹ capite diſcooperto, ſi eſt vir: veláto auté, ſi eſt mulier, vt ſupra diximus, humilibuſq; veſtibus: & totũ hoc ſalté ex cógruitate. Hanc nanq; humilitaté præmaxime prætédere debet pœnitens in méte ſibiipſi aſcribédo peccata ſua, non Deo ipſum ſpecialiter non iuuanti, vel dæmoni ipſum impugnanti, vel homini ipſum incitáti, vel conſtellationi inclinanti. Debet etiá hanc humilitaté prætendere in modo loquendi: vt ſe miſerũ, & peccatorem fateatur: & non ſe de bonis, quæ egit iactando, vt multi ſtolidi faciunt. Debet tertio confeſsio eſſe pura. i. recta cum intentione facta, non ad laudé populi: neq; vt bonus reputet̃, neq; principaliter, vt flagella, pœnaſq; euadat, aut infirmitates: ſed vt veram conſequatur remiſsionem peccati. Pura etiam debet eſſe: ita, vt non taceat, quæ egit, neq; médoſe fingat, quæ nó egit: quia par delictum eſt in vtroq;. Debet quarto eſſe fidelis .i. vt fiat in fide eccleſiæ, & ea fide aut fiducia, vt ſperet in

de consequi veniam peccatorū: quia nemo potest digne agere pœnitentiá, nisi qui sperauerit veniam, vt Ambrosius dicit de pœ. dis. 1. nemo potest. Debet quinto esse frequens, vt qui frequēter cadit, frequēter resurgat per confessionem. de pœ. dis. 3. septies. &. c. adhuc. vel debet esse frequens, vt eadem peccata pluries confiteatur: quia vt Augustinus dicit in lib. de pœnitētia. Quanto pluribus confitebitur turpitudinem criminis, tanto facilius inuenerit gratiam remissionis. de pœni. dist. 1. quem pœnitet. Licet vtrunq; istorum quo ad confessioné actualé non fuerit necessitatis: sed tantū congruitatis. Debet sexto esse nuda. i. manifesta, non obscuritate verborū velata, seu inuoluta, neq; per circunloquia aliqualiter excusantia: licet in materia turpi, honestiori modo, quo potest confiteri habet (vt Guillelmus dicit) sic tamé, quod verissimiliter credat confessorem intelligere eum. Debet septimo esse discreta. i. quod quantū in ipso sit, discreto sacerdoti confiteatur, qui sciat cognoscere peccatorū qualitates, & adhibere congrua remedia. de pœ. dist. 6. qui vult. Vel discreta. i. quod discrete, & distincte mortalia cófiteatur, ea ad numerū redigendo inquantū potest recordari. Vel discreta esse debet: ita, vt maiori cum ponderositate, & animi amaritudine, & dolore, dicat grauiora, quam leuiora. Debet octauo esse libens. i. voluntaria, & non violenta, nec coacta timore. s. pœnæ infernalis, vel confusionis, & ne arceat ab ingressu ecclesiæ, vel alias: quia (vt sic) talis parū valeret. Debet nono esse verecūda: ita, vt pœnitens cum pudore, & verecūdia, sua peccata corá confessore detestetur, & non gloriādo de commissis, vt quidam male faciunt: quos pulchre reprehendit Propheta, in Psalmo. 51. dicens. Quid gloriatis in malicia &c. Et Sapiens in

in prouerbiis. Lætātur cum male fecerint,& exultant in rebus pefsimis. Debet ergo confefsio effe verecūda, quia verecundia magna pars pœnitentiæ eft: vt Auguftinus in lib. de pœnitētia, & habetur lib. 4. dift. 17. Et de pœ. diftin. 1. quem pœnitet. Debet. 10. effe integra, ita, vt omnia mortalia, quæ in memoria habet integre vni, & non pluribus facerdotibus confiteatur, confefsionē diuidendo. Caueat nanq; (inquit Augu. de pœ. dift. 4.) ne verecundia ductus, diuidat confefsionem. Nam hoc eft ad hypocrifim tendere, & femper venia carere. Debet. 11. effe fecreta, id eft, facta in foro confcientiæ: quod forum eft fecretum inter confefforem, & pœnitentē. Ad cuius fecreti obferuantiam, quotuplici in re vterq; obligetur, videri habet per theologos in. 4. dift. 21. Debet. 12. effe lacrimabilis. i. cum dolore, feu difplicentia maxima de peccatis, iuxta illud propheticum. Exitus aquarū deduxerūt oculi mei: quia non cuftodierūt legem tuam. Et Chryfoftomus de pœ. dift. 1. lacrymæ lauant delictū, quod pudor eft cōfiteri. Et iterum. Spongia peccatorū lacrymæ funt. Debet. 13. effe accelerata, aut feftinata. i. qđ cito poft peccatum confiteatur, & non craftinet de die in diē, ne forte morte præoccupatus, quærat locū pœnitentiæ, & non inueniat. Licet ftatim peccatorem confiteri, & fi fit magnæ fecuritatis: non tamen regulariter loquēdo necefsitatis, vt dicitur. 4. fententiarū. dift. 17. Debet. 14. effe fortis ita. f. vt pœnitēs neq; propter verecundiā, & immanitatem fceleris, nec propter timorem pœnitentiæ iniungendæ, non dimittat aliud abfconditum in finu pectoris fui: fed fortiter, & audacter dicat cum. Pb. 31. fi abfcondi in finu meo peccata mea, aut fi erubui confiteri peccata mea.

Debet. 15. effe accufans, i. vt pœnitens fe accufet, & non

excuſet, iuxta illud prophetæ, pſal. 31. Dixi cófitebor aduerſum me &c. ſeipſumq; accuſet, & nó aliũ: vt ſupra dictum eſt. Debet. 16. & vltimo, cófeſsio eſſe parere parata .i. pœnités debet eſſe paratus fideliter, & cóplete obedire cóferſſori, in his, quæ ſibi, pro peccatis cófeſsis, imponentur, iuxta illud Auguſt. de pœ. diſt. 5. c. 1. ponat ſe in poteſtate iudicis, nihil ſibi reſeruás, vt oĩa faciat eo iubẽte &c.

Exortatio particularis ad compunctionẽ pœnitentis.



OSTQVAM Ergo ex diſcurſu, & moralitate ſupradictarũ conditionũ confeſsionis ſacramentalis cor pœnitentis aliqualiter fuerit emolitum, ad compunctioné, & veram ſuorũ ſcelerum confeſsioné. Tunc confeſſor, ad hoc idẽ, adhuc plus, & vltra alliciendũ, deſcẽdere habet magis in ſpecie, ad practicam ipſius confeſsionis: ſignificás, & inſinuans ipſi pœnitenti, quomodo ſacramentum iſtud pœnitentiæ, habet tres partes principales ipſum integrantes, quæ ſunt contritio, confeſsio, & ſatisfactio: de quibus magiſter, & doctores lib. 4. diſtin. 16. & diſtinct. 17. Et ita, quicunq; verus, & fidelis Chriſtianus quádo accedit ad hoc ſalutare ſacramentũ: ad hoc, quod ſua pœnitentia ſit vera, fructuoſa, grata, & Deo accepta, neceſſe eſt vt habeat in corde contritionem, in ore confeſsionem, & in opere ſatisfactionem. Et de vno quoq; iſtorum trium, pius, & diſcretus confeſſor, ſecundum gratiam ſibi a Domino impartitam, debet ipſi pœnitenti exortationem quandam ſuccinctam facere, ad alliciendum eum (vt dixi) ad compunctionem. Et primũ de contritione, ſignificans eius quantitatem: quia, vt a magiſtris dicitur, eſt dolor voluntarie aſſumptus, pro peccatis cum propoſito confitendi, & ſatisfaciendi. Et quid interſit inter contritionem, & attritionem: quia contritio eſt dolor perfectus,

gratia

gratia informatus: sed attritio dolor imperfectus, & informis. Et quomodo vera contritio implicat in duplicem respectum, vnum. s. ad præterita peccata, ea detestando, & abominando. Et alium ad futura firmiter. s. proponédo se deinceps ea non perpetrare, pro quocunq; bono consequendo, aut malo vitando. Item quomodo talis dolor contritionis, & abominationis debet esse de omnibus pœnitentibus in generali, & de vnoquoq; in particulari, secundum illud Esaiæ. 38. Excogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Item debet eidem dicere de illius doloris in se magnitudine, & quantitate: quia interior volũtatis debet esse maximus, quæ ordinat in hac vita haberi potest, secundũ illud Trenorũ. 2. Magna est velut mare contritio tua. Et Hieremiæ. 6. Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum. Et Iohelis. 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, fletu, & planctu. Item deberet ei dicere de illius contritionis fructu, & vtilitate: qomodo. s. illius virtute, in ordine ad claues ecclesiæ remittuntur omnia peccata, quantuncunq; grauia, & enormia. Et debet adducere ad memoriam eius exempla sacræ scripturæ perhibétis, quomodo multi magni, & profundi peccatores, propter magnitudiné contritionis, mox consecuti sunt remissionem suorum peccatorũ. Vt patet in Dauid, cui mox vt dixit: Peccaui. prædictum est ei per prophetá Nathan. Et transtulit a te peccatum. 2. regum. 12. Patet etiam de latrone pendente, qui vix compleuit dicere: Memento mei domine, dum veneris in regnũ tuum: cum audire meruit. Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradyso. Luc. 22. Patet etiam exemplo Mariæ Magdalenæ, cui dictũ est Lucæ. 7. Remittuntur ei peccata multa: quoniá dilexit multum.

Patet etiá exemplo Matthæi sedentis in theloneo, & Pauli apostoli, qui ex persecutore, effectus est vas electionis, & multorum aliorum, quod longum esset enarrare.

Exortatio ad cõfessionẽ.


VM Hæc, & his similia de cõtritione peritus confessor prædixerit pœnitenti: statim & de secunda parte pœnitentiæ. s. de cõfessione, facturus eidem aliam breuem sermocinationem, admonens eum, quod non vereatur integre confiteri peccata sua, eo modo, quo fuerunt ab eodem commissa, & nedum peccata, verum & peccatorũ circunstantias illas, saltem quæ agrauant, & quæ præcipue mutant speciẽ peccati, de quibus infra. Et quomodo ad integre confitendum peccata sua, nõ deberet accedere impræmeditatus: sed magna cum discussione, & examinatione cõscientiæ suæ, per aliquot dies ante: vt supra meminimus in suppositione prima. Immo, vt dñs cõcellarius Parisiensis in suo tripartito de præceptis. c. 16. dicit salubre cõsiliũ esse, vt Christianus quilibet, singulis diebus bis, aut semel, sero, & in mane, aut saltẽ festiuis, seu Dominicis dieb9 (vt Scotus quoq; in distin. 9. lib. 3. significare videtur) redeat ad cor suũ conscientiá examinans, dolens de cõmissis, & cauere in futurum proponens, atq; iuxta Dei, & ecclesiæ mandatũ: propositũ habens, integrá peccatorũ suorum confessionem faciendi pro loco, & tempore. Et interim (vt idem cancellarius ibidem subdit) securus existat, se in salutis, & gratiæ statu consistere, & vitam æternam mereri. Et quod si talis absq; alia cõfessione continuo decederet in abscentia sacerdotis, dormiendo, aut alio quouis modo, morte subita præuentus, finaliter saluaretur acerbissima purgatorij pœna mediante. Satis quoque videtur sentire idem prædictus Dominus cancellarius

in eadem ſecũda parte tracta. de indulgentiis. cõſideratio.3. Oſtendere etiá habet diſcretus confeſſor ipſi pœnitenti, quomodo pudor ille, quẽ in confitendo ſcelera ſua patitur, ad magnum meritũ ſibi cedet, futuráq; operabitur conſcientiæ tráquillitatẽ. Et ſi pœnitẽs ipſe verecundus ſit, & nimio pudore detentus, vtpote quia forte iuuenis, vel puella, ſeu fœmina exilis cõplexionis, apud tales præ cæteris perſuadendũ eſt, primitus, & figendũ in animo, quemadmodum confeſsio ſacramẽtalis eſt ſecretiſsima: & quod omni ſcienti deo potius fit, quam homini. Non ad reuelandũ etiam, ſi ad id vſq; ad mortem a quoquam cõpelleretur, nec ad accuſandũ, ſed ad euitádum, aut abſoluendũ, & perpetuæ euitandum. Laboret itaq; prudens confeſſor tollere omnem talẽ ſuſpicionẽ a pœnitẽte, nec etiam formidet, quod propter detegenda peccata quantuncũq; enormia, confeſſor ipſe ſit ipſum pœnitentem poſtmodũ odio habiturus, aut cõtempturus, accuſaturus. Imo tenerius eum diliget, ſicut filium chariſſimum: qui ſuæ fidei ſe totum cõmiſit. Deniq; oſtendat quantæ iniquitatis eſt: & hypocriſis peſsimæ, quiquam velle celare in confeſsione corá deo, cui omnia ſunt nuda etiam antequam fiant, neq; coram illo confeſſore iam experto, & tam prouectæ & maturæ ætatis (vt eſſe debet) cui etiam nihil tam fœdũ & turpe detegi habet, vt multa alia eo fœdiora, & abominabiliora detecta, forte longe ante non fuerint. Et quẽadmodum hoc agere, eſſet ſeipſum turpiter fallere, eſſe quoq; melius dicat, ſe in confeſſum abſcedere vele, quam fingere confeſsionem imperfectam. Sæpe igitur atq; ſæpius ei prædicat, q̧ ſi celat aliquid, confeſsio ſua & abſolutio penitus inualida eſt, & irriſoria, & iram dei prouocans. Dici deniq; poterit ſua-

ui tamen eloquio: vt si mallet alteri cófiteri, pergat in nomine domini: dum tamen confessorem diligentem & discretum accipiat, & integram confessionem faciat, ostendatq; ei & aliis pœnitentibus, quod in eis non quæstum vllum, sed tamen salutem animarum suarum, & solutionem liberam a laqueis peccatorum quærat: dicens illud Genesis. 14. Da mihi animas: cætera tibi tolle. Et alibi cũ apostolo. Non quæro vestra, sed vos. 2. ad Corinthi. 12. Et ad philipenses. 4. Non quæro datum, sed fructum.



AE C, Et alia consimilia, quæ potius vnctio quam scriptura docere habet: cum diligens & pius confessor, circa confessionem disseruerit ipsi pœnitenti. Circa tertiam & vltimá pœnitentiæ parté, hoc est circa satisfactioné, nó dissimilem sermonem perorabit dicens ei, quomodo peccator, propter quodcúq; peccatũ mortale, cum sit offensa mali infiniti boni, incurrit reatum pœnæ æternæ, vt theologi dicunt lib. 2. di. 42. & sanctus Thom. ibi in sua prima. 2. q. 87. Et ita quantum est in se, manet perpetuo mancipatus supliciis infernalibus: sed virtute contritionis, in ordiné ad claues ecclesiæ remittit ei culpa, macula, vel offensa. Et pœna æterna cómutatur in temporalem, hic exsoluendam, vel post mortem in purgatorio. Ad quantam tamé pœnam temporalem in iudicio dei peccatorum, post contritionem & confessionem, atq; sacerdotalem absolutioné maneat obligatus, soli deo constat: & de lege cómuni, & ordinata latet confessorem quemquam, vt infra magis dicetur: pro nunc sat sit innotescere pœnitenti, quod totam illam pœnam temporalem, ad quam post vsum clauium ecclesiæ manet obligatus, tenetur exsoluere vel hic (vt dixi) in purgatorio. Ostendendum deniq; est

Exortatio ad satisfactionem.

ci,

ci, quomodo pœnæ quæ in hac vita tollerãtur, cum ſint ſpontaneæ, aut volũtariæ, ſunt magis vtiles & fructuoſæ quam quæ in purgatorio tollerantur. Et econtra pœnæ purgatorij mirum immodũ ſunt ſeuiores, & crudeliores pœnis tolleratis in hac vita, ſecundũ illud Auguſtini in quodã ſermone: & in de vera & falſa pœnitentia cap. 18. & trahitur a magiſtro in. 4 diſtin. 20. Et in decretis diſ. 25 qui in aliud. & de pœni. diſtin. 7. nullus. vbi inquit Auguſtinus, quod ille ignis, & ſi æternus non ſit, miro tamen modo grauis eſt. Excellit enim omnem pœnam, quam vnquam paſſus ſit aliquis in hac vita. Nunquam enim in carne tanta inuenta eſt pœna (licet mirabilia martires paſsi ſunt tormenta) adeo vt ſanctus Thomas, & alij Theologi diſtin. 21. lib. 4 dicant, quod minima purgatorij pœna excedit maximam pœnam huius vitæ: propter quod ad Hebræos. 10. Vas electionis dicebat, horrendum eſt incidere in manus dei viuentis. Et propheta regius in pſalmo. Domine ne in furore tuo arguas me, ſuper quo glo. hic ſeca, hic vre, & non in futuro: propter quæ omnia perſuadendum eſt cuilibet pœnitenti, vt pœnam illam ſatiſfactoriam, quæ relinquitur ei expianda, poſt cõtritionem, & confeſsionẽ, hic potius & præcipue de manu cõfeſſoris habẽtis claues eccleſiæ eligat ſuſtinere, quã in purgatorio: coneturq; libenter acceptare quãlibet pœnitentiam a ſacerdote ſibi iniunctam, acceptatam pro viribus cum dei auxilio adimplere, certum ipſum faciens, quod ſi hic nullam ſuſtinuerit, ibi reſtabit exſoluẽda in totum. Et ſi hic modicam & paruam exſoluerit, ibi multam & magnam. Et æque ſi hic magnam, ibi paruam. Et ſi hic totam, ibi nullam. Et ideo cõſulendo pœnitentem admoneat prudẽs & fidelis cõfeſſor, vt & ipſe

ſponte ſe puniat ieiunãdo, peregrinando, carnem mace rando, deum obnoxius orando, & eleemoſynas largien do, aliiſq; modis ſibi beneplacitis: vt ſi forte pœnitẽtia ei per confeſſorem iniũcta, propter fragilitatem humaná, non fuerit ex toto adequata pœnæ ſibi in iudicio dei ta xatæ, per illas & conſimilis pœnas ab eodem pœnitente voluntarie aſſumptas ſimpliciter expietur, vel ſaltem in parte plus aut minus. Erit itaq; totus decurſus hic, ad per ſuadendum ipſi pœnitenti: vt ſit promptus, & paratus, obedire confeſſori diſcreto & pio. Et in pœnitentiæ pro peccatis confitendis iniungẽdæ acceptatione, & in ſic ac ceptatæ adimpletione. De aliis vero concernentibus ſa tiſfactionem, & pœnitentiæ iniunctionem: inferius erit aptior locus dicendi.


OSTQVAM Ergo confeſſor modo ſu pradicto, expoſuerit pœnitenti cõmemoratas tres partes integrales pænitentiæ, earũq; maxi mam neceſſitatem. Antequam pœnitens inci piat ſerio confiteri peccata ſua: debet confeſſor ipſe præ mittere ei breue aliquod præludium dulci & ſuaui elo quio, proponens ei immenſa diuinæ largitatis beneficia ei collata, ipſum ſcilicet ex nihilo creando ad imaginem & ſimilitudinem ſuam. Gene. 1. Eundemq; creatũ guber nat, & paſcit, atq; angelico miniſterio cuſtodit, vt dicitur in Pſal. Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te, in omnibus viis tuis. Suo etiá præcioſo ſanguine redemit. 1. Petri. 1. Non corruptibili auro, vel argento, redempti eſtis de vana veſtra conſeruatione, ſed præcioſo ſangui ne agni immaculati, vitam quoq; æternam quantum eſt in ſe ab æterno ei præparando. Ad Ephe. 1. Elegit nos ante mundi conſtitutionem. Proponat etiam illi mũdi

Præludiũ confeſſo ris ad e molliẽdũ cor pœni tentis.

huius

huius vanitatem. Eccleſ.1. Vanitas vanitatũ, & omnia vanitas. Tentationem diaboli, qui tãquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. 1. Petri. 5. Item peccati momentaneam delectationẽ: quia vt Gregorius inquit. Momentane ũeſt quod delectat, æternum quod cruciat. Item vitæ breuitatem. Iob.14. Breues dies hominis ſunt. Mortis certitudinem. ad Hebræos. 9. Statutum eſt hominibus ſemel mori. Item temporis mortis incertitudinem: quia neſcit homo finem ſuum. Eccle.9. Item extremi iudicij terribilem examinationem, quia omnes ſtabimus ante tribunal chriſti, vt vnuſquiſq; referat quæ geſſit. Item omniũ peccatorũ in illo iudicio propalationem, & peccatorũ cōfuſionem. ad Ro.6. Quem fructũ habuiſtis tunc, de quibus nunc erubeſcitis. Item dannatorum iudicibilẽ, & anguſtam coarctationem. Nam vt Auguſtinus inquit. O quã anguſtæ erunt tũc reprobis viæ, ſuperiori iudice irato. Inferius horrendũ cahos. A dextris peccata accuſantia. A ſiniſtris infinita dæmonia. Interius conſcientia vrens. Exterius mundus ardens. Miſer peccator ſic deprehenſus quo fugiet? Latere erit impoſsibile. Apparere intollerabile. Item pœnarũ inferni in terminationẽ, quia ibunt hi in ignem eternum. Matth.25. Item chriſti pietatem, qui non venit vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. Matth.9. Et maius gaudium fit in cælo ſuper vno peccatore pœnitentiã agente &c. Luc.15. Et quacunq; hora peccator ingemuerit, vita viuet & nõ morietur. Ezechi.18. Et cõuertimini ad dominũ deum veſtrum, quoniã benignus eſt, & miſericors, & præſtabilis ſuper omnem maliciã. Ioelis.2. Eiuſq; miſericordia ſi exaltat iudiciũ. Iaco.2. Neq; vult mortem peccatoris, ſed magis vt cõuertatur & uiuat. Eze.18.&.33. Neq; delectatur

tatur in perditione viuorum, Sapien.1. Quin potius co-
tidie pulsat ad hostiũ cordis nostri. Et si aperitur, intrat,
& cœnat nobiscum. Apoca.3. Continuo exhortatur pec-
catores ad pœnitentiam dicens. Conuertimini ad me, &
ego conuertar ad vos. Zachariæ.1. Nam & delitiæ meæ,
esse cum filiis hominum. Prouerbio.8.

Documẽtum circa modũ q̃n in cõfitendo pœnitens habere debet.



CVM Ex prædictis exhortationibus iam cor pœnitẽtis (ni fuerit lapideũ) aliquatenus fuerit emolitũ, & allectũ ad feruentẽ compunctionẽ, & ad veram & integram peccatorum confessionem &c. Tunc pœnitẽs ipse incipiet, specialiter, discrete, & ordinate (si sciat) peccata cõmissa detegere eo. s. ordine, & modo quo peccauit: vel saltem eo ordine, quo fuerint eius memoriæ oblata, per præcedentem conscientiæ examinationem, & discusionem. Et interim quod peccator scit confiteri, & referre cõmissa, discretus confessor permittat eũ dicere donec cognoscat eum in aliquo titubare. Et tũc adiuuet ipsum dirigẽdo, consulendo, refocillando, & aliqualiter erubescentiá aut verecundiam sublenando, dicẽs. Filli, forti animo esto, in proximo est vt cureris a dño. Tho.5. Viriliter age & confortetur cor tuum. Et sicut peccare non erubuisti, cõfiteri non paueas: quia misericors est deus, & præstabilis super omnẽ maliciam. Nam si verá pœnitentiá egeris, peccatorũ tuorũ sine dubio misericordiam cõsequeris. Confitere ergo & dic. De profundis clamaui ad te domine. Dic fili mi tu iniquitates tuas, vt iustificeris. Nam si tu non clauseris os tuum, non claudet super te puteus inferni os suũ: vt Augustinus dicit super psalmũ.68. Præcaueat summopere prudens confessor, ne a principio sit austerus, tristis, & rigidus. Et quidquid pœnitens in confessione detegerit, nõ

admiretur, non reprehédat, neq; ſcandalizetur, neq; ſæpi⁹ expuat, nec caput inſolite moueat, nec in ſuſpiria, aut (quod abſit) vociferationes ſuſpicioſas, vel conſimiles geſticulationes prorumpat. Mox enim per huiuſmodi clauditur os obſtinati peccatoris: quin potius quouſq; compleat cófiteri peccata ſua ſit ſacerdos affabilis, & dulcis in loquendo: pius, begnignus, & manſuetus in præcordialiter pœnitenti cópatiédo: pro tunc infundens vulneribus ſuorũ peccatorũ oleũ conſolationis, confidétiæ, & bonæ ſpei. Caueat deniq; aſtutus cófeſſor, ne cum pœnités detegerit peccata ſua, aſpiciat fixe vultũ confitétis, (vt ſupra meminimus) ſed potius cófeſſor tunc, præmaxime diuertat vultum ſuũ, quaſi non audiens, nec attendens ad ea, ne ipſum confitenté turbet, verecũdari, & titubare faciat. Et ſic verecundia, aut exaſperatione ductus, non integre cófiteatur. Si vero pœnités fuerit adeo ſimplex & ruralis, vt neſciat ordinate dicere, laboret cófeſſor vt confiteatur ſalté grauiora quæ magis grauát eius conſcientiam; vt ex illis prudés confeſſor poſsit perpendere, de quibus deinceps habeat eum interrogare. Cum tamé pœnitens ſcit ordinate, vel per ſemetipſum cófiteri, non impediatur, neq; interrogetur: ná per hoc tollitur multũ erubeſcétiæ, quæ (vt Aug. dicit) magna pars pœnitentiæ eſt. Maiore náq; cum erubeſcentia ſolent confitétes dicere peccata cómiſſa per ſemetipſos, quá ſolũmodo ad interrogata reſpondendo. Et ſi contingat tunc inter confitendũ aliquid interrogare, & requirere a confitente: erit ſolum per prudétem confeſſorem, ſupplédo, vbi ipſum confitenté deficere viderit in exprimédo. ſ. circunſtãtias illas, maxime quæ multũ aggrauare, vel mutare, ſeu tráſferre ſpeciem peccati cognouerit, vel exponendo aliquid
eſſe

esse mortale, quod pro veniali a pœnitente cõfitetur, vel si sit tale quod habeat anexam restitutionẽ, aut excõmunicationem, & huiusmodi quæ ipse pœnitens nõ perpendit neq; aduertit. Expedit deniq;, vt diligens confessor zelum animarum habens, cõmendet propriæ memoriæ omnia crimina sibi per spontaneã confessionem pœnitẽtis detecta: neq; vt dixi, vllum ex ipsis ante completam confessionem reprehẽdat, ne ex tali reprehensione exasperatus, confessionẽ non expleat. Qua tamen completa reprehendet & arguet eum plus vel minus prout viderit ei expedire: vt infra magis edoceri habet.



Documẽtum circa interrogationes cõfessoris

POSTQVAM Ergo pœnitẽs sit præmeditatus, & conscientia examinatus, atq; discussus, detegerit fideliter, & integre ipsi cõfessori omnia peccata, quæ memoriæ eius per talem conscientiæ examinationẽ occurrunt: neq; videatur sibi amplius aliquid vltra detegendũ, vel quia forte (vt dixi) est tam simplex, & rudis, aut verecundia præpeditus: vt nesciat serio, & ordinate quicquã confiteri. Tunc prudens & diligens confessor, incipiet eum interrogare. Non. n. (vt opinor) sunt audiendi in hac re hi, qui nihil interrogandum, aut inquirendũ esse dicunt a confessis: præsertim cum hoc ipsum velint, & quam maxime requirant ipsi cõfessi (vt ex nostris visitationibus, sæpe atq; sæpius colligere potuimus. Alioquin non satis consulitur verecundiæ, ignorãtiæ, & fragilitati peccantiũ, neq; impletur illud scripturæ. Alter alterius onera portate, & cõsimilia. Frequenter enim (vt sanctus Tho. in dist. 19. lib. 4. dicit) quæ præ cõfusione confitẽs taceret, interrogatus reuelat licet sint quidam (vt Ioãnes Gerson in sua secunda parte dicit) male respondẽtes affirmatiue, ad omnia quæ con

fessor

feſſor interrogat: propter quod in huiuſmodi interroga tionibus (vt Augustinus dicit in lib. de pœnitentia, & trahitur a magiſtro lib. 4. diſt. 19. Et a Gratiano de pœ. diſt. 6.) diligens inquiſitor, & ſubtilis inueſtigator, ſapiēter, & aſtute ſe habere debet. Aliquod iuxta ſanctum Thomam, in eadem diſtin. 19. lib. 4. Confeſſor tria ſagaciter obſeruare debet. Primū vt interroget de peccatis, & non de fabulis aliis mundanis. Et præcipue habet interrogare de peccatis communibus: cuiuſmodi eſt tranſgreſsio, vel omiſsio decem præceptorum decalogi. Cōmiſsio ſeptem vitiorū capitaliū &c. de quibus infra. Neq; interrogare habet omnes de omnibus, ſed quiſq; veniet interrogandus de illis vitiis præcipue, quæ conſueuerunt reperiri in hominibus illius conditionis, & ſtatus: vt principes & iudices de iuſticia. Milites & ſtipēdarij de rapinis, & incēdiis. Mercatores, & officiales, & mechanici de periurio, dolo, mendacio, furto. Ciues de vſuriis. Clerici de ſymonia, & omiſsis. Adoleſcentes de luxuriis, & laſciuis. Et ſic de aliis vt infra dicetur. Hinc ſupra in ſuppoſitione ſecunda. Diximus multum decere, quod confeſſor a principio quærat de officio, & ſtatu pœnitentis, ſi ipſum alias non cognoſcit: vt prudentius, & congruētius, poſſit formare interrogationes. Deriſio namq; eſſet, quærere a fœmina de militia: & a religioſo de armis, & ſic de cæteris. Secundum, quod in huiuſmodi interrogationibus, prudens confeſſor attendere habet: vt explicite non interroget a principio niſi de peccatis communibus, & conſuetis, quæ fere ſunt omnibus nota. De aliis vero peccatorum adinuentionibus, & de peccatis inconſuetis, & enormibus, & contra naturam non interroget, niſi in generali, & a longe, & remotis, & per quaſdam circun-

locutiones: vt si pœnitens tale quid cómisit dicat, & si nõ cómisit, non addiscat. De talibus enim dicitur Prou. 11. qui inuestigator malorũ est, opprimetur ab eis. Verbi gratia: si pœnitens fatetur se commisisse vitium luxriæ, nó statim quærat, si seipsum manibus polluerit & huius modi: sed sat est quærere quomodo, aut cum quibus, & huiusmodi. Tertium est, vt non descendat nimis ad particulares circunstantias peccatorum, præcipue carnaliũ, quæ a multis summa cum difficultate vix possunt extorqueri: quia vt philosophus dicit Ethicorũ. 3. Delectabilia quanto magis particulariter considerantur, tanto magis sunt apta, nata mouere, & inflámare. Nam hoc esset, & seipsum in tentationem inducere, & adinuentiones peccatorum docere eos qui ignorant: utpote si mulier fateatur quod fuerit cognita extra vas debitum, non quærat confessor postea, quomodo, aut in quo loco, & huius modi: sicut faciunt quidam curiosi, qui potius dicuntur contaminatores, quá confessores, qui sæpius peccát mortaliter delectando se de huiusmodi interrogationibus, faciendo eas propter curiositatem & delectationem: & ita nocent sibi, & etiam confitenti. Sufficere enim debet ei, in huiusmodi habere vltimam, & specialé speciem peccati. Alias vero turpitudines, & inhonestas fœditates, quas miseri, ribaldi, & brutales homines adinueniunt, ipsimet si volunt exprimant: non tamen quæsiti. Non sit itaq; prudens confessor curiosus, in inquirendo particulares circunstantias peccatorum, quæ non multum augent, vel grauant, seu variant speciem peccati: quoniam nasceretur inde aliquando vel tentatio periculosa, vel turpitudo nimia, aut suspicio retardatiua confitédi: sed in his cautus confessor pergere debet pedetentim,
incipiens

incipiens a generalioribus, quæ nullam aut modicam videntur includere culpam ad ſpecialiora. Et a minus turpibus ad turpiora. Et quaſi a cauſis generalioribus ad effectus earum ſpeciales. Et fiant huiuſmodi interro gationes honeſtioribus verbis, quá materia ipſa de qua ſermo ſit patiatur, propter vitádam tamen aliquá in ver bis fœditaté non dimittat pœnitens explicare omnia pec cata, quantum & quouſq; prudens confeſſor iudicauerit expedire, ad ſufficientem de eis noticiá habendam: tum vt ſciat confeſſor congruam eis medelam adhibere: tum etiam pro ~~fœneratione~~ conſcientiarum eorum qui confi tentur, quia forte poſtmodum grauioribus vrgentur ſtimulis, quaſi non bene & integre peccata ſua cófeſsi fuiſſent. Et cum cófeſſor iubere habeat, ne confeſsi aliorum crimina detegant, nominádo eos, vel ſignis certis notificando, niſi forte peccata talia ſint, quæ nullo modo aliter poſſunt explicari, vt ſi ſororem vnicá frater male cognouerit, aut vir vxorem: non minus confeſſor ipſe in interrogationibus hoc idem obſeruare & cauere debet.


RAEMISSIS Supradictis & conſimilibus cautelis, & auiſamétis, quæ cófeſſor diſcre tus in interrogationibus faciendis obſeruare debet: oportet aſsignare ordinem & modum interrogádi in particulari. Et erit iſte qui ſequitur. Vt pri mo fiat interrogatio de omiſsione, & tranſgreſsione de cem præceptorum decalogi. Secundo de commiſsione ſeptem vitiorum capitalium. Tertio de culpabili omiſſione. 14. operum miſericordiæ, ſpiritualium. ſ. & corporalium. Quarto loco de abuſione quinq; ſenſuum exteriorú. Quinto de aliquibus, interrogationibus ſpe cialibus, ſpecialiter concernentibus ſtatum, & officium

ipsius cõfitentis. Et quia si interrogationibus, quæ parti cularitec circa vnunquodq; prædictorũ fieri possunt sequi deberẽ, quæ per doctores, theologos, & canonistas scripta sunt: fieret (vt ita dicã) processus quidã in infinitũ. Ideo, & in interrogando, & in expositiones interrogatorũ remittẽdo, sequatur regulariter post Hostiẽsem Angelũ de clauasio in sua summa, quæ angelica dicitur: quæ inter summulistas modernos (ni fallor) neq; de prolixitate, neq; de breuitate potest designari, & de facili a quolibet curato, & confessore haberi potest.

PRIMVM Igitur præceptũ decalogi est. Nõ habebis deos alienos. Exodi. 20. Cuius expositio trahitur a theologis lib. 3. dist. 17. Et a sancto Tho. secũda secũdæ. q. 122. Et opusculo. 4. Et ab Angelo in sua summa. præceptum. §. 3. Circa quod possunt per confessorem formari huiusmodi interrogationes, quæ sequuntur.

Si pœnitens adorauit aliquam creaturam: aut (vt sic) direxit ad eam aliquam orationem.

Si adorauit diabolũ, etiam sub angelo lucis sibi apparentem, quia est mortale: vt habetur in dist. 9. lib. 3. Et in prædicta summa. adoratio. §. 10.

Si inuocauerit demones, pactum aliquod cum eis faciendo: ibi. Sors. §. 3.

Si vsus est necromancia, & aromantia, & huiusmodi. Et. 2. 2. q. 95.

Si vsus est sortibus, vel incãtationibus ad sciendum furta & occulta. ibidem vide.

Si voluerit scire futura per vanum aspectũ creaturæ. ibi.

Si quando obuiãt lepori, vel alteri animali, credidit præsagium alicuius futuri, ibidem.

Si quãdo

Si quando mulier prægnás petit ignem, aut huiusmodi, vtitur ad sciendum futura. vide ibidem.
Si ad pronosticandum futura vsus est literis, punctis, astrolabio, apertione libri, & huiusmodi. ibidem.
Si ad diuinandum aliquid futurum obseruauerit somnia, vide ibi. §.5.
Si coluit deum secundũ ritum & cerimonias iudeorum, aut gentilium: vide Superstitio. §.1.
Si pro sanitate danda, aut recuperáda, vsus fuerit ligaminibus, seu charecteribus: ibi. §.1.
Si fecit anulum cum panno duplici, aut præcise tali hora aut die: ibi. §.2.
Si vsus fuit ar te notoria, aut eam didiscit, aut docuit: vide ibi. §.3.
Si vsus est herbis supersticiose cótra demones. ibi. §.6.
Si vsus est breuibus ligandis, vel portandis ad collum: ibi. §.7. Et secunda secundæ. q.96. ar. 4.
Si incantauit animalia, aut cómendauit ne deuorarétur ab aliis, & quomodo: ibidem. §.8.
Si carminauit infirmos. ibi. vide. §.9.
Si vt quis moreretur, dixit, aut dici fecit missas, vel psalterium: ibi. §.10.
Si colligendo herbas obseruauit aliqua vana. s. tali die, aut hora &c. vide ibi. §. 11.
Si fecit aliquid vt sciret infortuniũ alicui⁹; vide ibi. §.12.
Si per vnum maleficiũ destruxit aliud, vel aliquod malum. ibi. §.13. & lib. 4. distin. 34.
Si credidit fœminas ire de nocte, vel conuerti in bruta: vide ibi. §.14.
Si habet libros de huiusmodi superstitionibus. vide curiositas. §. 1.

Si obseruauit dies egiptiacos: vide Superstitio. §. 15.
Si dedit poculum vt amaretur ab aliquo: quia est mortale, neq; superstitione carens.
Si credidit quod ex constellatione cælesti cogatur quis ad bonum, vel malum: vide Sors. §. 3.
Si vsus est sacramentis, vel sacramentalibus, ad aliquid illicitum: vide sacramentum. §. vltimo.
Si acceptauit duellum, vel obtulit vel fuit causa vt fieret: vide duellum.
Si accepit ferrum candens: vel dedit pro manifestanda veritate: vide purgatio, in principio.
Si est hæreticus, aut fautor hæreticorum: vide hæreticus per totum: aut dubius in fide.
Si apostatauit a fide, aut fecit actum infidelitatis, timore mortis: ibi.
Si portauit vestes infideliũ, vide ibidem. §. vltimo.
Si nimiam practicam habet cum iudæis: aut intrauit balneum cum eis: vide iudæus. §. 1. & balneum.

CIrca secũdum præceptũ ꝙ est, Nõ assumes nomẽ dei in vanũ: cui⁹ expositionẽ vide ibi. Et circa expositionẽ primi, poterit cõfessor facere hmõi interrogationes.
Si vota legitime facta non impleuit: vide votum. 1. &. 3.
Si nimis distulit voti impletionẽ indeterminati, quoad tempus: ibi votum. 3.
Si cum tenebatur, non adimpleuit vota parentũ. ibi. §. 8.
Si impetrauit voti dispensationem sine causa legitima, ibi votum. 4. §. 10. &. 11.
Si fecit votum sciens, quod non poterat: aut de re mala: vel si de bona, tamen propter malum finem. ibi. 1.
Si apostatauit ab aliqua religione, vel ordine: vide apostasia. §. 2.

Si blasfe-

Si blasfemauit deum, vel sanctos, vel si male dixit eos: vide blasfemia. Et maledictio.

Si nominauit deum vel sanctos opprobriose, vel per mē bra verecunda, scienter quia mortaliter peccauit.

Si sacramētum ecclesiæ enormiter tractauit: vel si dedit, aut accepit in mortali. baptismus. vide. §. 10.

Si iurauit falsum quod credebat verum, aut econtra: vide periurium.

Si iurauit sciens se iurare mēdacium: ibi. aut iurauit malum aliquod se facturum: ibi & iuramento. 3.

Si iurauit sine deliberatione: ibi. §. 2. &. 10.

Si iurando affirmauit dubium, vel per verbum credo, quod non credebat. periurium. §. 3. &. 4.

Si iurauit ex metu falsum, aut contrauenire iuramento, licet non contrafaceret ibi. §. 5. &. 7.

Si induxit aliquem adiurandū, quem sciebat falsum iuraturum: vide iuramentum. 3. §. 11.

Si non iurauit ad intentionem dantis fraudulenter: vide iuramentum. 4.

Si non compleuit iuratum in casu quo tenebatur: vide periurium. §. 1.

Si fecit se absolui a iuramento sine causa legitima: vide iuramentum. 6.

Si cū tenebaẽ orare, volūtarie se distraxit: vid. hore. §. 27.

Si simulauit sanctitatem quam nō habebat: vide Simulatio. §. vltimo.

Si illicite adiurauit homines, vel dæmones, aut alias creaturas: vide adiuratio.

Circa tertium præceptum quod est. Sanctificare sabbata. Cuius expositio habetur, vbi prius poterit confessor formare sequentes interrogationes.

Si fecit in diebus festiuis opus manuale, aut fieri manda uit in casibus non concessis: vide feria.

Si non vacauit deo in diebus illis, missam integram audiendo, extra casum necessitatis. ibi.

Si vacauit ludis, aut choreis: vide chorea, & ludus.

Si cótépsit illis dieb⁹ audire prædicationé: vide. feri: §. 44

Si non fecit oblationem in missa, ad quam tenebatur: vide oblatio. §. 1.

Si in diebus festiuis de præcepto cómisit aliqua mortalia: vide præceptú. §. 5. Et feri. §. 36. Et quia difficile esset scire quæ peccata commisit in festis. Esset quoq; difficile interrogare de quolibet peccato, an illud commiserit in festo: ideo potest sic interrogare. Peccasti mortaliter in festis. Et si dicat sic: quære vltra ab eo in quot festiuitatibus. Et si nescit: interroga eum: si quasi in omnibus, vel in maiori parte ipsorum, vel in minori. Et vltra tertio quæratur, si in eodem festo peccauerit aliquando bis, vel pluries. Et id sufficit quo ad illam circunstantiam temporis.



IRCA Quartum præceptú quod est. Honora patré tuum & matré tuam. Cui⁹ expositio trahitur in locis prius citatis: poterit có fessor facere sequentes interrogationes.

Si non dilexit patrem vel matrem: neq; ostédit eis signa dilectionis: vide. filius. §. 30.

Si non subuenit eis indigentibus, vel si non seruiuit, vel seruire fecit in infirmitatibus eorú, vel si obediuit eis, vel si dixerit verba iniuriosa: vide ibi.

Si maledixit eis: vide maledictio. §. 1.

Si non fuit executus eorum voluntates, & legata post mortem: vide executor. & hæres.

Circa


IRCA Quintum præceptum.ſ.Non occides, quod exponitur vbi ſupra. Interrogandus eſt pœnitens.

Si habuit animum offendendi proximũ in perſona vulnerando,mutilando &c. præceptum.§.9.

Si vulnerauit,vel occidit aliquem, vel occidi, aut verberari fecit:ibi.


Si indebite incarcerari fecit aliquem: vide.Carcer.

Si aborſum mulieris procurauit: vide. aborſum.

Si pueros tenellos tenuit iuxta ſe in lecto, & ſuffocauit dormiendo. Homicidium.2.

Si commiſit homicidium ſpirituale, inducẽdo aliquem ad mortale,vel alias.Homicidium.4.

Si exercuit ſpectacula, in quibus imminebat periculum probabile:vide. ſpectacula


IRCA Sextum præceptum.ſ. Non mœchaberis. Cuius expoſitio habetur in præcommemoratis locis, de quibus in primo præcepto venit pœnitens interrogandus.

Si commiſit fornicationẽ,vel adulterium, vel ſtuprum, vel ſacrilegium,vel inceſtum,vel ſodomiam:aut quouis alio modo ſe polluit:vide præceptũ.§.10.& luxuria

Si voluntarie, & moroſe cogitauit de huiuſmodi peccatis,propter delectationem:vide ibid.

Si cognouit carnaliter ſolutã, quia eſt fornicatio,ſi coniugatam:quia eſt adulterium,ſi conſanguineã,vel affinem:quia eſt inceſtus. ſi cum virgine:quia eſt ſtuprũ. ſi eam rapuit a domo parentum, vel alias: quia eſt raptꝰ.ſi erat ſanctimonialis,aut alias Deo dedicata: quia eſt ſacrilegiũ. ſi extra vas debitũ, aut cum brutis:quia

ſic erit vitium innominatum cótra naturam, de quibus omnibus vbi ſupra.

Si dormiuit cum muliere alteris legis, vel econtra.

Si vir, aut mulier dixit, vel fecit aliquid finaliter, & directe ordinatum ab eo, in opus carnale, etiam ſi opus ipſum ad extra non ſequatur: vt cum quis inordinate videt, aut tangit mulierem, aut ducit choreas, aut propter hoc inordinate ſe ornat, aut calida: & exquiſita comedit ad id conferétia, vel loquitur, aut delectatur in turpibus colloquiis, vel alias.

Si fuit mediator peccatorum carnalium: nam tales grauiſsime Deum offendunt: vt patet in.c.noli.de pœ.diſtin.1. & tenentur, quantum poſſunt taliter inductos reducere ad bonũ, & ſunt oblati ad reſtituendũ quidquid propter hoc lucrati ſunt.

Si habuit pollutionem dormiendo: vide. Pollutio.

Si voluntarie, & deliberate appetiit aliquod prædictorũ committere. Pro quo tamen aduertant, noui confeſſores, quod iuxta documenta theologorum lib.2.diſt.24.toties quis peccat mortaliter: quoties hoc deliberate appetit perpetrare ex diuerſis interuallis téporum, vel perſonarum: puta quia nunc appetit deliberate vnam perſonam ad mœchandũ cum ea, poſtea præpeditus, aliam appetit. Demũ poſtea recordatus de illa, iterũ cócupiſcit eam: quia in his caſibus ſunt diuerſæ auerſiones, vel ratione temporis, vel ratione naturæ

Et quia, vt dictũ eſt, maiori cum cautela pcedere habet prudens cófeſſor, circa interrogationes fiendas in vitiis carnalib⁹, in quibus cóiter homines ſunt magis inuoluti, quá in alio. Ideo dignũ duxi magis in ſpecie aſsignare modũ, quem in interrogationib⁹ circa huiuſmodi vitium,

tium, prudens cófeſſor tenere habeat. Si enim pœnitens fuerit perſona ſpiritualis, vel mulier, aut aliquis non coniugatus, & verecūdus, præſertim puella: interrogabit eā primo ſi cómiſit aliquod peccatū inhoneſtatis, vel luxuriæ opere, vel ſalté volūtate: ſi nihil dicit: & tamen videt̃, confeſſori ex præcedētibus ſignis, quod fuerit in aliquo inuoluta: interrogari debet de cogitationib⁹: ſi delectata fuerit cogitare de hmói carnalib⁹. Et habito, quod ſic caute innoteſcendū eſt ei, qūo in his cótingat mortaliter peccare: de quo. S. Tho. prima. 2. q. 72. ar. 8. Et cácellarius Pariſiéſis parte ſecūda. 30. A. Et in ſumma prǽallegata. Cogitatio. §. 2. poſtea, ꝓcedere habet, an delectata eſt audire, loqui de huiuſmodi, vel videre, vel tágere ſe, vel aliá perſoná: & quoties, & ſi in dieb⁹ feſtiuis magis, quá in aliis. Et ſi confiteatur, quod talia cómiſit: poterit vltra interrogari, ſi habuit aliquá polutioné propter talia cogitata per ſe, vel cum alia perſona: vt ſic caute inducatur ad cófitendū, quæ ex verecūdia forte non ſit pedetētim interrogata, taceret. Si vero talis perſona fateatur, ſe aliquod peccatū luxuriæ etiam in opere cómiſiſſe: interrogetur, ſi cum ſoluta, an cóiugata, & ſi erát cóſanguinei, vel affines, & ſic de aliis inducētibus in notitiam ſpeciei peccati.

CIRCA Septimū præceptum quod eſt. Non furtū facies. Cuius expoſitioné inuenies ibi, & ſupra poterunt formari ſequentes interrogationes.

Si cómiſit aliquod furtū, aut rapinam: de quib⁹ vide in furto, & rapina. Si pædagia iniuſta, aut exactiones, aut talias indebitas exegit: vide Pædagium, & talia.

Si res naufragantiū accepit: vide naufragium. Aut fuit in bello iniuſto. Bellum.

Si inuenit aliquid, quod non reſtituit: vide inuenta.

Si

Si aliqua mala fide præſcripſit, vel ſi commiſit vſuram: vide Præſcriptio.& vſura. mutauit pecuniam, vel granum, vel vinum, vel huiuſmodi, vt aliquid inde lucraretur: vide vſura.

Si fructus pignoris non computauit in ſortem: vide pignus.

Si tenuit aliquid viliori prætio, propter præuentionem ſolutionis. Vel ſi carius vendidit propter dilationem ſolutionis: vide vſura.§.58.&.§.63.

Si fecit cambia ſicca, vel alias illicita: ibi.§.51. cum ſequentibus.

Si dedit pecuniam in ſocietatem cum lucro, & ſine periculo: vide. ſocietas.2. Si accepit aliquod donũ ab eo, qui donare non poteſt, vel per ludum illicite: vide. Donatio. & ludus.

Si accepit aliquis per ſymoniam: vide ſymonia.

Si participauit in dando, quodcunq; dánum proximo: ſiue operando, ſiue mandando, vel conſulendo, conſentiendo, adulando, receptando, defenſando, non obuiando, ratum habendo, non manifeſtádo: de quibus vide Furtum.& reſtitutio.

CIRCA octauum mandatum, quod eſt. Non dices falſum teſtimonium. Cuius expoſitio trahitur in locis aliorum præcedétium præceptorum: poterunt fieri huiuſmodi interrogationes.

Si dixit falſum, aut mendacium in iudicio, vel extra, in damnum alterius ſui, aut proximi: de quo vide Mendacium.& teſtis.

Si noluit teſtimonium dicere productus in teſtem, vel non dixit veritatem, pecunia corruptus: vide. teſtis.

Si vſus fuit aſtutia in teſtificando: vide. aſtutia.


Circa

CIRCA Nonum præceptum. Non concupiſces domum, aut rem proximi tui: qđ exponitur locis in primo præcepto citatis, poterit pœnitens ſic interrogari.

Si voluit habere res proximi per fas, & nefas, vel iniuſte: vide Auaricia. Et aliis modis, de quib⁹ ſupra in ſeptimo præcepto. Et infra circa vitium capitale auariciæ.

CIRCA Decimum præceptum, quod eſt. Non concupiſces vxorem proximi tui. Quod etiam exponitur vbi ſupra, poterit fieri huiuſmodi interrogatio.

Si inordinate concupiuit vxorem quancunq;, quæ non eſſet ſua. Et aliis modis, de quibus ſupra in ſexto præcepto. Et infra circa vitium capitale luxuriæ.



EXAMINATVS Aut diſcuſſus pœnitens circa decem præcepta decalogi. Venit (vt præmiſſum eſt) interrogandus circa ſeptem vitia capitalia. Quæ ſunt ſuperbia, auaricia, luxuria, inuidia, gula, ira, accidia. Circa ſuperbiam autem ſic eſt interrogandus.

Interrogationes circa ſeptem peccata capitalia.

Si propter inordinatum amorem propriæ excellentiæ, egit aliquid contra diuina præcepta.

Si exiſtimauit habere bonũ, quod habet a ſe, non a Deo.

Si bona, quæ habet, credidit a Deo ſibi data propter ſua merita.

Si ſe iactauit habere bona, quæ non habebat.

Si deſpectis aliis, voluit videri ſingularis: de his omnibus theologi lib. 2. diſt. 42. & Thomas, 22. q. 162. Et in ſumma angelica. ſuperbiam.

CIrca ambitionẽ, quæ ponitur prima filia eius: de qua vide Ambitio: eſt vltra quærendus.

Si appetiit beneficia propter honorem principaliter, vel appetiit dignitatem ſciens ſe indignum.

Si procurauit dignitates per vias illicitas, vel si emit pũblica officia, aut peruerse mutauit.

CIrca præsumptionem, quæ est secunda eius filia. Est perquirendus.

Si posuit se ad faciendũ, quæ erãt super facultatẽ suam.

Si exercuit officiũ, quod nesciebat, vel si exposuit se periculis peccatorum, vel si nimis præsumpsit de Dei misericordia: vide præsumptio.

CIrca curiositatem, quæ ponitur eius tertia filia interrogandus.

Si voluit addiscere, vel audire, quæ fieri nequeunt sine mortali, vel si curiosis attẽdens, neglexit necessaria ad salutem animæ. Curiositas.

CIrca ingratitudinem, quæ est quarta filia: quæratur. Si despexit Dei beneficia, vel nõ retribuit benefactori, vel ei iniuriam intulit. Ingratitudo.

CIrca iudicium, quod est quinta filia: requiratur. Si vsurpauit iudiciũ: vel male iudicauit: vide Iudiciũ.

CIrca adulationem, quæ est sexta filia: interrogetur. Si fuit adulator, vel adulando prouocauit aliquem ad superbiam: vide Adulatio.

CIrca septimam superbiæ filiam, quæ irrisio dicitur: quæratur: si derisit proximum, vel Deo seruientes.

CIrca octauam filiam, quæ est tentatio Dei, quæratur: si aliquando exposuit se periculo probabili mortis sine necescitate: vide tentare Deum.

CIrca pertinaciam, quæ est nona filia: petatur, si fuit nimis pertinax in suo sensu, aut fecit aliquid propter arrogantiam, quæ ponitur vltima filia superbiæ.


IRCA Auariciá vero, quæ ponitur secundum vitium capitale est interrogandus pœnitens.

Si

Si appetiit diuitias, & alia bona temporalia inordinate, & contra legem Dei, & dictamen recte rationis.

Si acquiſiuit diuitias, & alia bona temporalia inordinate per vias illicitas.

Si retinet aliquid alienum contra voluntatem Domini.

Si ob amorem pecuniæ, aut diuitiarum ſubtraxit ſibi neceſſaria, & quo ad animam, & quo ad corporis ſuſtentationem.

Si propter amorem diuitiarũ falſificauit, vel monetam, vel aliquod inſtrumentum ſcripturæ, vel illud deſtruxit, vel occultauit, aut falſificauit mẽſuras, & põdera.

Si vendidit rem vnam pro alia, puta vinum limphatum pro puro.

Si furatus eſt gabellas, aut pædagium iuſte poſitum.

Si luſit aliquo ludo intentione expoliandi proximum: aut fraudem aliquam ibi committendo.

CIrca luxuriam, quæ ponitur tertium vitium capitale, eſt interrogandus pœnitens.

Si habuit aliquas cogitationes fœdas, & turpes circa vitium Carnale, in quibus moram contraxit, & delectationem habuit.

Si opere perpetrauit aliquam de ſpeciebus luxuriæ ſuperius enumeratis in. 6. præcepto: puta fornicationem, adulteriũ, inceſtum, raptum, ſacrilegium, vitium nominatum, aut quouis alio modo de ibidẽ pertractis.

Si vſus eſt verbis libidinoſis, aũt inoneſtis, aut geſtibus, vel ad prouocandũ alios, vel vnde probabiliter habẽt ꝓuocari ad luxuriã: vide in turpiloquio, & ſcurrilitas.

CIrca gulam, quæ eſt quartum vitium capitale, venit pœnitens interrogandus.

Si nimium, & vſq; ad nauſeam comedit: aut nimio cum ardore,

ardore,& effrenato appetitu:vide gula.
Si nimium ſtudium appoſuit in præparádo : aut nimis laute comedit:ibid.
Si in comedendo præuenit horam, præcipue diebus ieiuniorum:vide ibid.& ieiunium.
Si inebriauit ſe,aut inde ebetudinem mentis incurrit: vide ebrietas,& ebetudo.
Si ex nimio cibo,potuq; deuenit in multiloquiũ,aut turpiloquium,aut ſcurrilitatẽ: vide multiloquium &c.
Si ex nimio potu,& cibo incurrit in immundiciam, aut pollutionem:vide Immundicia.
Si nimium exquiſite comedit, & bibit : vt poſſet luxuriam: vide gula.& luxuria.
Si in diebus ieiuniorum fregit ieiuniũ,vel prohibita comedit,vel ingurgitauit ſe:vide ieiunium.gula.
Circa inuidiam,quæ ponitur quintum vitium capitale,eſt interrogandus pœnitens.
Si deſiderauit malum proximi,& quanto in hoc tempore perſeuerauit,& quoties: vide inuidia.
Si lætatus eſt in aduerſis proximi,aut triſtatus in proſperis deliberate:vide ibid.
Si vſus eſt ſuſurratione ad ſuperſeminandum zizanias inter proximos:vide ſuſurro.
Si odium habet proximi,& ob id, vel detraxit,aut libenter de eo detractiones audit:vide detractio.
Si falſo accuſauit proximum imponẽs ei malum, quod non fecit ex rancore:vide accuſatio.
Si ſimulauit amicitiam cum alio: vt inde acrius damnificaret:vide ſimulatio.
Si inimicos perſequutus eſt, aut denegauit eis dilectionis ſigna in caſu neceſsitatis,vel alias:vide dilectio.
Circa

Irca iram, quæ dicitur ſextum capitale vitiúm: eſt interrogandus pœnitens.

Si appetiit vindictam proximi. Neq; voluit ei reconciliari: vide ira. & eligere.

Si irrogauit proximo iniuriam, contumeliam, aut cõuitium, ſeu opprobrium: ibid. & cótumelia. conuitium.

Si rixam habuit cum proximo ſuo: vide. rixa. Vel maledixit ei: vide. maledictio.

Si ſeditionem commouit in proximum: vide. ſeditio.

Si bellum mouit iniuſtum: vide. bellum.

Si tenuit partialitates, vel eas ſequutus eſt.

Si furioſe, & inordinate, aut confuſe clamauit in proximum: vide. clamor.

Si murmurauit in Deum, aut in proximum: vide. murmuratio.

Si indignatus fuit in proximum nolens eum audire, & cum aliorum ſcandalo: vide. indignatio.

Si ira commotus blasfemauit Deum, aut ſanctos: vide. blasfemia.

Si ex tumore iræ inflatus contempſit alios: vide. tumor.

CIrca accidiam, quæ ponitur ſeptimum vitium capitale interrogandus eſt pœnitens.


Si ex accidia dimiſit agere, quæ tenebatur, vt audire Miſſam, prædicationẽ, orare &c. vide. accidia. Si pœnituit ſe benefeciſſe, & ex tedio incurrit infirmitatẽ: vide ibi.

Si fugit labores quoſcunq;, otioſitatem amans: vide. ibi. & Otioſitas. Si tepide egit, quæ agenda ab eo erant feruenter: vide. euagatio mentis.

Si ex accidia incurrit pigritiá, aut torporé: vide. torpor.

Si fuit negligens in addiſcendo neceſſaria ad ſalutem: vide. Negligentiá.

Documẽ tum circa circũſtan tias pecca torum.



T Aduertendũ, quod non ſufficit diſcreto con feſſori quærere a pœnitẽte de his ſeptem vitiis capitalibus: verum de circũſtantiis eorum: vt ex.c. omnis vtriuſq; ſexus. de pœ. & re. ſatis apparet: vbi Innocentius tertius dicit, quod ſacerdos debet diligenter inquirere peccata, & circũſtantias eorum, quibus prudẽter inqſitis, intelligat, quale ei debeat præbere conſilium, & adhibere remedium. Cõfirmatur etiam ex dictis Auguſtini, in libro de pœnitentia. Et trahitur de pœni. diſt. 5. Conſideret qualitatem criminis, in loco, in tempore, in perſeuerantia, in varietate perſonæ &c. Et ſi quæratur, quæ, & quot ſint huiuſmodi circunſtantiæ, reſpõderi debet ex his, quæ philoſophus dicit. 3. Ethico. Et theologi. 4. diſt. 16. quod ſunt iſtæ ſeptẽ ſequentes. ſ. Quis, quid, vbi, quibus auxiliis, vel per quos. Cur, quo modo, quãdo. Et Raymundus addidit aliam. ſ. quoties.

Cõcluſio

Dicitur ſexto quis: pro varietate perſonæ peccãtis, vel eius ſtatus, ætatis, ſapientiæ, & ordinis: vtpote clericus, religioſus, ſenex, iuuenis, doctor, ruſticus, rex, miles, mercator, vel alias: quia dignitas perſonæ peccantis, vt ſic, nunquã diminuit de peccato: ſed auget, & aggrauat ſaltem in peccatis, ex deliberatione præcedentium: vt docet ſanctus Thomas prima. 2. q. 73. articu. 10. Quid. ſ. vtrũ malum, quia prohibitũ, vel quia ex genere ſuo malũ: vtrum mortale, an veniale? an ocultũ, vel publicũ. Vbi, quia an in loco ſacro, vel alias. Quib⁹ auxiliis, vel per quos . ſ. traxit alios ad peccandum, vel quos poſuit mediatores ad malũ perpetrandũ, vel cum quibus, pro quib⁹, & contra quos. Cur. ſ. an ex infirmitate, vel ex ignorãtia, vel quali intentione fecerit: & quia mortalia trahũt ſpeciem ex fine, iuxta illud Ambroſij. Affectus tuus operi tuo nomen

men imponit, ideo diligenter est hoc explicandum: nam qui furatur, vt mœchetur, potius est mœchus, quá fur: licet fuerit vnum peccatũ in vno actu, habens tamen plures deformitates Quando. s. si in sacro tempore, vt diebus festiuis, aut ieiuniorum, vel alio tẽpore, & quantum in tali perseuerauit. Quomodo. s. an naturali, vel innaturali. Quoties successiue, non solum quantũ ad consuetudinẽ: sed etiam quantum ad numerum: qui numerus refertur ad actionẽ: non autẽ ad obiectum actionis. verbi grã, si homo iniusta cõtractione accipiat saccũ plenum mille floreńis: vnum furtũ est: si tamen mille florenos indebite acciperet in diuersis, puta mille tẽporibus, & actibus interpolatis, aut successiue, non vnũ, sed mille furta cõmittit: quia in ipso actu cõsistit peccatũ: vt trahitur a theologis lib. 2. dist, 42. Has tamen oẽs circũstantias non est necessarium cõfiteri: sed tantũ illas, quæ mutant speciẽ peccati mortalis: vt furari de loco sacro, vel accedere ad alienã, quæ est cõsanguinea, affinis, vel monialis, vel forsan illa, quæ & si non mutant speciem peccati: tum aggrauant multũ notabiliter: vt furari centũ notabiliter grauius est, quá furari vnum: vt trahitur in dist. 16. lib. 4. de quo latius ibidẽ per theologos. Est tamen aduertendũ, quod cum dicitur non esse necessariũ cõfiteri circũstantias, quæ non trahunt in aliud genus peccati: non est referendũ ad quoties, vel ad numerũ, quẽ aliquis cõfiteri tenetur, si potest: quia iam non est vnũ peccatũ, sed multa: prout sctũs Tho. notabiliter dicit in quadam epistola ad lectorẽ Bisuntinũ in fi. Et ideo prouid⁹ confessor diligẽter quærat de numero peccati. i. quoties incidit in istud, vel istud peccatũ: in quo communiter, & confessores, & pœnitentes leuiter transeunt, & si male.

Circa opera miæ interrogationes



ERTIO Loco venit pœnitens interrogandus, vt præmisimus circa opera misericordiæ: quæ saltē pro loco, & tpe quisq; fidelis tenetur adimplere: quarũ septem dicũtur spiritualia, & sunt hæc, consule, castiga, solare, dimitte, fer, ora, doce: in quibus sic esset sigillatim interrogandus.

Si noluit dare consilium petenti in concernentibus salutem, vel in re: vnde notabiliter potest euenire dãnum proximo, cum tamen posset: quia tũc mortale est, vel si habeat ex officio.

Si non correxit, quos debuit cum tenebatur: quia tunc peior factus est in tacendo, quam alius in committendo: vidē. correptio.

Si non fuit consolatus tribulatos, præsertim quando ex tali omissione incidit tribulatus in desperationem, & ipse bono modo posset.

Si non dimisit rancorem contra proximũ: vide. odium.

Si impatientem se habuit in iniuriis sibi illatis: puta iniurians ipsum, vel repēdens, ei vicem reddens malum pro malo: quod est via a malo.

Si non orauit pro proximis: præcipue si ad id tenebatur ex officio: vtpote quia beneficiatus, aut de eleemosynis viuens.

Si non docuit ignorantes: præcipue si ex officio, gradu, vel salario conductus tenebatur, vtpote Doctor, Magister, Cathedraticus, vel alias, curatus.

CIrca alia septem opera misericordiæ corporalia, quæ sunt ista visito, cibo, poto, redimo, tego, colligo, condo: sic etiā pedetētim esset pœnitēs interrogandus.

Si non visitauit infirmos, & incarceratos, maxime in periculo constitutos,

Si

Si non cibauit eſuriẽtes, præſertim in caſu, in quo ſi non pauiſti, occidiſti: vt Ambroſius dicit.

Si non potauit ſitientes, potiſsimum in caſu conſimili.

Si non dedit operam, vt redimeret captiuos, & iniuſte opreſſos, cum poſſet, & teneretur.

Si non ſepeliuit mortuos, præcipue pauperes, & domeſticos, & quos tenebatur ex officio.

Si non collegit hoſpites pauperes in domo, ſaltem in caſu neceſsitatis.

Si non tegit, aut cooperuit pauperes nudos, cum cõmode poſſet, & immineret neceſsitas.


QVARTO Loco, venit pœnitens interrogandus circa abuſum quinq; ſenſuũ exteriorum, qui ſunt hi: viſus, auditus, odoratus, guſtus, & tactus, quibus ſæpe offendit Deum. Et ob id conquerebatur propheta Hiere. 9. Heu per feneſtras ingreſſa eſt mors.

Senſus quinq; exteriores.

Si noluit videre ſpiritualia, & ad compunctionẽ inuitantia: ſed tantum mulieres cõpertas, & alia vana ad peccatum inducẽtia. Hinc propheta. Auerte oculos tuos, ne videant vanitatem. Hinc etiam Iob.31. Pepegi fœdus cum oculis meis, vt nec cogitarẽ de virgine. Hinc Auguſtinus in regula. Ne dicatis vos habere animos pudicos, ſi habetis oculos impudicos: qa impudicus oculus, impudici animi nuncius eſt.

Si noluit audire prædicationem, & alia neceſſaria ad ſalutem: ſed potius detractiones, & murmuratiões, & alia fœda, & turpia. Hinc ſapiens Eccleſiaſtici. 28. Sepiui aures tuas ſpinis, & linguam nequam noli audire.

Si inordinate, & modis exquiſitis procurauit odorare ſuauia, quæ ad vitia alliciunt.

Si in comedendo, & bibendo procurauit gustus delecta tionem, vt luxuria incitaretur, vel accuratius, & arden tius, quam oportet illa sumendo, vel turpia, & men- dacium, atque detractiones, & alia vana, & nociua lo- quendo.

Si tetigit non tangenda, puta pudenda loca, extra casum necessitatis, vel res sacras, cum esset laicus, vel semper voluit vestiri mollibus, & dormire in straminibus su- pramodum delectabilibus, vel osculando mulieres a- lienas, vel alias.

Interrogationes fiendę circa diuersos status pœnitentium.



DEINDE Quinto, & vltimo loco interrogandus esset pœnitens de aliquibus particularibus pertinẽtibus ad officium, & statũ suum: propter quod subiungere volui hic de aliquibus interrogationibus concernẽtibus varios, & diuer sos status. Et primo de statu Doctorum, & Magi- strorum.

Si quæsiuit magisterium, vel gradum principaliter pro- pter honorem: vide. honor.

Si fecit se promoueri, ignorans quæ ad gradum exigun tur: vide. magister.

Si legit scientias prohibitas, vel personis prohibitis: vi- de ibid.

Si salariatus existens extorsit aliquid a scholaribus, vel pro licentia docendi danda: ibid.

Si obseruauit statuta, & iuramenta vniuersitatis: vide, iuramentum.

Si iactauit se de doctrina, & docendo alios cõuiciando, aut vituperando: vide. magister.

Si notabiliter fuit negligẽs circa profectum scholarum: vide, negligentia.

Si

Si modis illicitis fubtraxit fcholares alterius Doctoris.
Si aliquando docuit inutilia, vana, & falfa: & potius fubtilia, quam vtilia.
Si ad examen alicuius vocatus, habilem propter odium exclufit, & ignorantem propter fauorem, vel alias admifit.

CIrca ftatum fcholarum. Primo fi non ftudent, nec audiunt lectiones, prout debent.
Si ftudent prohibitis, aut curiofis, & dimittunt neceffaria, aut ftudent propter malum finem.
Si non feruarunt ftatuta, & iuramenta vniuerfitatis.
Si expenfas, quas habent a parẽtibus, expendunt in conuiuiis, ludis, & aliis fuperfluitatibus.
Si in prouifione alicuius cathedræ contulerũt fuffragia, non fecundum vtilitatem: fed alias muneribus allecti, aut affectionibus.

CIrca ftatum medicorũ. Si ignorans, quæ ad officium pertinent, ipfum exercet: vide. Medicus.
Si in medendo potius voluit a fe aliquid experiri, quam regulas artis fequi: vide. ibid.
Si prolongauit infirmitates, vt maiorem inde extorqueret pecuniam.
Si dedit medicinam, vel nociuam, vel faltem dubiam ad fanitatem conferendam.
Si non admonuit infirmum a principio, vt cõfiteretur, vel alias indebite ipfum vifitauit.
Si confuluit aliquid contra falutem animæ, pro corporis falute recuperanda.
Si prægnanti propinauit aliquid, vt fœtus moreretur. Vel fi pauperibus noluit mederi gratis.
Si habet partem cum aromatario, & cogit infirmos eme

re ab illo, cum eorum damno.
Si cõsulunt infirmis sine causa ad ieiunia ecclesiæ dimittenda, & carnes comedendas.
Si salarium, aut mercedem excessiuam petunt.
Si præcognoscens infirmi mortem non annunciat ei, vel parentibus, vt sibi prouideat de necessariis.

CIrca aromatarios. Si vendidit venena, vel quæ faciũt aborsum: vide Ars.
Si sophisticauit aromata ponens vnum pro alio in syrupis, speciebus, aut medicinis.
Si in medicinis conficiendis non posuit, quæ medicus ordinauit: sed vnũ pro alio, vel posuit corrupta, & vetusta virtutem non habẽtia, ex quibus sequitur infirmitatis prolongatio, vel aliud malum infirmi.

CIrca mercatores. Si vendidit corrupta, aut vnum pro alio, aut propter malũ finẽ, aut in loco sacro, vel diebus festiuis, vel infidelib⁹ portauit arma, & victualia.
Si vsus est falsis mensuris, ponderibus, vel cum mendaciis, periuris, & aliis illicitis.
Si vendidit rem plus iusto precio propter dilationẽ, vel fecit alios contractus vsurarios.
Si composuit cum aliis officij sui, vt omnes vẽdant vno precio in damnum reipublicæ: vide negociatio.
Si expedit scienter falsas monetas, vel bonas radit: vide falsarius.
Si emit res raptas, vel furatas, vel infideliter se habuit in facietate, quam habet cum aliis.
Si vendens pro aliis, vẽdidit pro.xij. & solũ dedit dño.x.

CIrca lanifices. Si vendidit pannũ vnius lanæ, aut tincturæ pro alio: vide Emptio.
Si nimis traxit pannum, vel si non soluit laboratoribus,
vel

vel in precium dedit pannum corruptum.

CIRCA proxenetas. Si male confuluit fcienter in aliquo contractu. Emptio. Reftitutio.

Si fuit mediator contractuum vfurariorum.

Si decepit in precio: dicens vni quod vult tantum, & alteri quod non poteft habere nifi tantum.

CIRCA Tabernarios. Si vendidit vinum linphatum pro puro. vide Emptio.

Si tenuit inftrumenta ad ludendum: vel meretrices: vel miniftrauit fcienter ad ebrietatem.

CIRCA Veftiarios. Si fecit veftes impudicas, quæ nequeunt abfq; peccato deferri.

Si male incidit pannũ ex culpa fua, vel fi furat̃ de panno.

CIRCA Piftores. Si fecit panem nimis ponderofum, vel mifcuit aliam farinam. Emptio.

CIRCA Macellatores. Si vendidit carnem corruptam pro fana, vel de pecude pro caftrato.

CIRCA Aurifices. Si vendidit aurũ adulterinum pro vero: vel fi cudit monetam fine licentia: vel fi radit, vel facit aquam vnde aliquid minueret: vel fi emit pecuniã, vel lapidẽ preciofum min⁹ iufto, ab ignorãte.

CIRCA Datiarios. Si exegit datiam, vel pædagia iniufta ab ecclefiafticis, vel fraudauit.

CIRCA Agricolas. Si non laborauit fideliter: vel fi permifit animalia nocere in agris.

Si defraudauit dominum in parte danda, vel non coluit poffefsiones vt debuit.

CIRCA Venatores. Si exercuit in die fefto: vel quia clericus, vel quia dedit damnum agris.

CIRCA Iudices. Si dedit iniuftam fententiã fcienter vel ignoranter, vel non elegit talem affefforem.

Si elegit assessorem in fraudem quia erat ordinarius: vel quia non indigebat.
Si iniuste iudicauit munere, fauore, vel odio: vel præter ordinem iuris.
Si dedit indebitas dilationes: vel posuit ad torturam si=ne legitimis iudiciis.
Si allegationes friuolas admisit: vel reo fecit indebitas in terrogationes.
Si appellationē legitimā non admisit, & admisit friuolā.
Si partem non condemnauit in expensis, cum deberet: vel relaxauit pœnam.
Si protraxit sententiam in longum vt extorqueret pecu=nias, vel in dannum colitigantium.
Si non purgauit prouinciā malis hominibus: vel si pau=peribus & viduis non prouidit de aduocato.
CIrca Officiales dominorum. Si comminatus est ali cui nisi ei daret: vel si exegit iniusta grauamina.
Si executus est iniustam sententiam: vel non accusauit quos tenebatur ex officio.
Si habens soluere de pecunia domini, extorsit ab his qui bus tenebatur soluere. salariatus existens ipse.
Si propter pecuniam dimisit malefactores: vel si non ser uauit statuta ab eo iurata.
CIrca Consiliarios dominorum vel reipublicæ. Si de dit fraudulentum consilium: vel ei consensit.
Si in consilio apposuit aliqua in dannum aliorum: vel permisit res cōmunitatis dilapidari.
Si consensit in aliqua statuta iniusta, aut contra liberta=tem ecclesiæ.
CIrca Arbitros, vel arbitratores. Si dedit vnquam sententiam scienter vel ignoranter.

Si per=

Si permisit expirare compromissum: vel si pro spiritua li dedit temporale.
Si pro pace abstulit ab vno, & immoderate dedit alteri.

CIrca Accusatores. Si accusauit aliquem calunniose: vel mala intentione.
Si accepit præciũ vt nõ accusaret: vel iurauit nõ accusare.
Si accusatus respondit calunniose: vel tacuit veritatem.

CIrca Aduocatos. Si defendit iniustam causam: vel amisit iustam ex ignorantia.
Si immoderatum salarium extorsit: vel reuelauit aduersario secreta clientuli.
Si frustratorias dilationes quæsiuit: vel falsas leges aut instrumenta produxit.
Si clientulum instruxit de falsitate dicenda: vel pro pauperibus non aduocauit.
Si qualitercũq; fuit causa alicui⁹ dãni in tali aduocatiõe.

CIrca Procuratores. Si defendit causam iniustã, vel si infideliter, aut negligenter se habuit.
Si in positionibus ponendis vel respondendis periurauit: vel fuit causa periurij.

CIrca Notarios. Si male ditauit instrumenta vel testamenta ex ignorantia, vnde sequitur proximi dannum, vel si instrumenta occultauit maliciose, aut destruxit, aut falsificauit.
Si instrumenta quæ recepit non posuit in prothocollis suis ex negligentia.
Si fecit instrumenta in fraudem vsurarum: vel si petiit indebitum salarium.
Si recepit instrumenta illius qui non erat sanæ mentis.
Si scripsit instrumenta contra ecclesiasticam libertatem.
Si notarius Episcopi petiit ab ordinandis salarium non

secundum

ſecundũ inſtrumentũ, ſed ſecundũ qualitatẽ ordinis.
CIRCA Litigantes. Si mala intentione, vel calunnioſe litiget: aut ſe defendit, vel iniuſte appellauit.
Si non reſpondit veritatem quando tenebatur interrogatus, vel litigauit ſciens iniuſtam cauſam habere.
Si habens iuſtã cauſam litigandi: non tamẽ per iuſta media, ſed cum mendaciis, periuriis, & huiuſmodi.
Si fraudulenter conuenit aduerſarium coram aliquo iudice, non ſuo.
CIRCA Teſtes. Si in iudicio interrogatus noluit dicere veritatem, vel dixit falſum, vel dubium pro certo, vel pro teſtimonio accepit pecuniam.
CIRCA Tutores, vel curatores. Si non adminiſtrauit bene bona pupillorũ, vel ſi cõſumauit bona ipſorũ: vel ſibi appropriauit, vel pro ipſis vſuras exegit.
CIRCA Legatos dominorũ, au reipublicæ. Si ſteterunt abſentes ſine cauſa: vel pro factis ſuis, in expenſis dominorum ſeu reipublicæ.
CIRCA Principes & dominos ſæculares. Si habet dominium alicuius ex iniuſto titulo.
Si impoſuit collectas indebitas, aut pædagia iniuſta, vel neglexit facere iuſticiam.
Si poſuit officiales malos: & ſcit extorſiones, & eorum oppreſsiones, & negligit.
Si ea quæ ſunt cõmunitatis appropriat ſibi: vel non permiſit teſtari aliquos.
Si fecit ſtatuta, & leges iniquas: vel ſi vendidit iuſtitiam: vel officia malis.
Si vaſſalos indebite ſpoliauit, aut grauauit: vel ſi nõ correxit familiam ſuam.
Si nõ tenuit vias ſecuras: vł ſi fecit frãgi aut incẽdi ecłias.
Si vſur-

Si vsurpauit iurisdictionem ecclesiasticam: vel impediuit ne literæ apostolicæ obedirentur.

Si dedit dãna in agris propter venationes: vel tenuit animalia siluestria agros subditorum deuastantia. Vel tenuit nimias pompas.

Si non soluit famulis suis, & etiam creditoribus: vel non seruauit fidem promissam.

Si permisit deferri prohibita infidelibus: vel fuit receptor hæreticorum.

Circa clericos. Si est irregularis, vel suspensus: vel recepit ordines in peccato, vel symoniace.

Si dixit horas canonicas: vel non defert tonsuram aut habitum: aut immiscuit se negociis.

Si exercuit inhonesta clericatui: si nimis raro celebrauit, vel non cum requisitis.

Si promisit alicui dicere missas: & recepta eleemosyna eas non dixit, vel non tot.

Si non benedixit mẽsam, nec post cibũ gratias reddidit.

Circa beneficiatos. Si obtinuit beneficium symoniace: vel alias indebite: vel non intendens clericari: vel nõ residet nec prouidet de vicario sufficienti.

Si habet plura beneficia, & quomodo fuerit dispẽsatus: & quomodo expendit fructus beneficiorum.

Si alienauit vel alienari permisit bona ecclesiastica: si habet possessiones destructas.

Circa prælatos. Si posuit indignos in officio aut beneficio: non correxit subditos.

Si contulit ordines indebite: vel imposuit indebitas collectas. Si non visitauit singulis annis dioecesim: vel si non habuit testes synodales.

Si non fecit consecrationes ecclesiarũ, altarium, & supellectilium,

pellectilium, neq; oleum, & chrisma in cœna.
Si non tenuit confirmationis sacramentum: neq; subditis prædicauit.
Si testamenta & legata non fecit impleri: vel si incerta sibi appropriauit.
Si non tenuit bonum & diligentem vicarium: vel indebite dispensauit in votis &c.
Si quæstuarios pro lucro permisit indiscreta prædicare: & subditos spoliari.
Si non tenuit in ecclesia cathedrali magistrum pro pauperibus clericis.
Si monasteria & hospitalarios bene gubernari neglexit.

CIrca confessores. Si absq; scientia & autoritate exponunt se confessionibus audiendis.
Si absoluit in casibus in quibus non potuit: vel manifestos vsurarios.
Si nimis festinanter vel curiose interrogauit: vel non interrogando vt debuit.
Si reuelauit cõfessionẽ, vl' in mortali existẽs alios audiuit
Si ad confessionem vocatus cum teneretur renuit vel distulit: vel propter lucrum audiuit.

CIrca prædicatores. Si prædicauit in mortali notorio existens: vel debita scientia carens.
Si prædicauit falsa aut mendacia: vel curiosa & vana: & tantum propter lucrum vel honorem.

CIrca inquisitores hæreticorum. Si extorsit pecunias: vel bona ecclesiarũ applicauit fisco: vel si maliciose imposuit crimẽ: vel si omisit ꝓcedere vt debuit ex amore, aut timore, aut lucro: vel impediuit se de alienis.

CIrca religiosos. Si intrauit per symoniam: vel in laxiorem habens votum de strictiore.

Si fuit proprietarius: vel non caſtus: vel non obediens ſuperiori.
Si non obſeruauit regulam & ſtatuta ordinis: vel reuelauit ſecreta ordinis.
Si in electionibus inordinate ſe habuit: vel ſi receſsit a monaſterio ſine licentia.
Si nimis frequentauit monaſteria monialium: vel cum deuotis mulieribus exceſsiue cõuerſationem cõtraxit.

CIrca abbates. Si habuit curam ſibi commiſſorum: eos vita & doctrina inſtruendo. Vel ſi diſpenſauit cum eis ſine cauſa legitima. Vel ſi nimis rigoroſe, vel nimis laxe eos regit.
Si bona menſæ conſeruauit: & ea alienari non permiſit.
Si infirmorum curam geſsit: & ſi in feriis, ſextis, tenere capitulum fecit.
Si ſilentium & clauſuram obſeruari fecit: & habitum extra cellam portari mandauit.

CIrca hoſpitalarios. Si fecit inuentarium rerum hoſpitalis: & vetuſta renouat de tempore in tempus. Vel ſi bona hoſpitalis conuertit ad alium vſum. Vel ſi perierunt ex ſua negligentia. Vel ſi hoſpitalarius eſt pius, & affabilis ad infirmos, & peregrinos ſuſcipiendos, & tractandos.

CIrca coniugatos. Si contraxit clandeſtine: vel in gradu prohibito.
Si conſumauit matrimonium ante benedictionem nuptiarum.
Si negauit debitum vxori petenti irrationabiliter: vel ſponte reddidit ſe impotentem.
Si reddidit adultere, vel econtra.
Si cognouit cauſa ſatiandæ libidinis, vel tẽpore mẽſtrui,

vel tempore impraegnationis, vel in diebus festiuis, tractauit vxorem non vt sociam, sed vt ancillam.

Si contra voluntatem vxoris stetit nimis in remotis, causa cupiditatis, vel alias.

Si non seruauit fidem vxori: vel habet concubinam.

CIrca vxores. Si fuit inobediens viro: vel dedit bona viri contra eius voluntatem.

Si non seruauit ei fidem: vel si non habuit bonam curam de filiis filiabusq;.

Si fuit nimis litigiosa: vel vsa est ornatu indebito.

Si procurauit sterilitatem: vel vsa est vanis & superstitiosis: vt haberet filios.

Si procurauit aborsum: vel suffocauit paruulum apud se in lecto dormientem.

CIrca dominos erga seruos. Si in eis loquendo fuit rigidus, & non placidus.

Si mandando, & praecipiendo fuit indiscretus, vel si in remunerando fuit nimis parcus, vel si in non morigerando remissus. vel si incorrigẽdo & castigando seuerus, vel negligẽs, vel seruorũ iustas querellas non audiendo, vel immoderatis laboribus onerando, vel necessaria ad salutem spiritualem & corporalem eorum non procurãdo, Idem sentiendum est de dominabus erga ancillas.

CIrca seruos erga dominos. Si fuit proteruus & inobediens domino.

Si ficte, & non fideliter seruiuit: vel si furatus est bona domini, vel si non bene attendit ad praecepta domini, vel si ea sine dilatione executioni non demandauit, vel si aliquod in necem domini machinatus fuerit, vel si absq; eius licentia matrimonium contraxit, vel in aliquo ipsum defraudauit.

Circa

CIrca moniales. Si fuit inobediens abbatiſſæ: vel detraxit, vel conſpirauit in eam.
Si ſuſcitauit rixam, vel ſcandalum in monaſterio: vel ſit diſcola, aut proprietaria.
Si fideliter exercuit officiũ ſibi commiſſum: vel ſi tenuit habitum conuentus extra cellam.
Si conuerſationẽ habeat cum perſonis ſuſpectis, vel ſi dedit aut recepit litteras ſine licentia abbatiſſæ, vel ſi miſit aut recepit munera ab aliis quam a parentibus. Si regulam & ſtatuta ordinis obſeruauit.




PERQVIRENDVS Vltra eſſet & examinandus pœnitens circa virtutes theologicas: quæ iuxta apoſtolũ.1.ad Chorinth.13.ſunt tres ſcilicet fides, ſpes, & charitas, qualiter ad eas ſe habuerit. Et primo de fide quæ iuxta eundẽ apoſtolum ad Hebræ.11. Eſt baſis, & ſubſtantia, aut cæmentum totius edificij ſpiritualis, & ſine qua impoſsibile eſt placere deo. Si firmiter credidit omnes & ſingulos fidei articulos, tam ſeptem deitatis, quam ſeptem humanitatis, & illos ſaltem explicite, quos colit & celebrat ſacroſancta mater eccleſia: quia in his nulla ignorantia videtur eſſe excuſabilis: cuius eſt articulus vnitatis eſſentiæ diuinæ, & trinitatis perſonarum. Item articulus ſpirituſſancti: & articulus conceptionis ſeu incarnationis. Articulus natiuitatis. Articulus mortis & paſsionis. Articulus reſurrectionis, & articulus aſcenſionis: quia his omnibus celebrat eccleſia feſta ſua ſpecialia per circulum anni. Si vltra hæc etiam credidit ſaltem implicite firmiter vniuerſa: quæ ſacroſancta Romana eccleſia docet, & prædicat, eſſet tenenda & credenda vſq; ad ſanguinem: vel potius in alliquo de his diſcrediderit, errauerit, aut

Interrogationes circa virtutes theologicas.

titubauerit, seu male senserit.

CIrca spem. An habuerit spem fixam, & fiduciam certam consequendi gloriam, & beatitudinem ex gratia dei, & ex meritis præambulis: vel si male deceptus difidit de illius assecutione, in desperationem, & in laqueum diaboli incidens: vel præsumpsit eam habere ex se, & sine meritis.

CIrca charitatem. Si dilexit deum præ omnibus, & super omnia, & proximũ in deo, & propter deũ sicut & seipsum, vel si dilectionẽ sui, aut alterius cuiuscunq; creaturæ anteposuit amori & dilectiõi dei: quia in hoc tota peruersitas humana cõsistit Augu. dicit in li. 83. q. Vel etiam si dilectionẽ corporis sui, & facultatũ terrenarum præposuit saluti spirituali proximi sui: vel si generaliter dilexit quod non erat diligendum, aut nõ dilexit quod erat diligendum, atæque dilexit, quod minus vel amplius erat diligendũ, aut minus vel amplius dilexit, quod erat æqualiter diligendũ: quia cum in his omnibus cõsistat peccatum: vt Augustinus in de doctrina christiana tradit. Nam & peccat qui præpostere agit: de his omnibus verus pœnitens se accusare debet, & dicere confessori suam culpam.



XAMINANDVS Deniq; esset pœnitẽs circa virtutes cardinales: quæ vt habetur Sapiẽtiæ. 8. sunt quatuor, scilicet prudentia, iusticia, fortitudo, & temperantia, quæ consistunt, prudentia in præcauendis insidiis, iusticia in subueniendis miseris, fortitudo in perferendis molestiis, temperantia in cohercendis delectationibus prauis. Si ergo in his omnibus recte se habuerit, vel ne: interrogandus esset a prouido confessore.

Et

ET generaliter quæratur. Si in omni actu morali (prudentia mediãte) mediũ præfigerit: ſeipſum dirigens qualiter, & per quæ media in operãdo regulã & dictamen rationis attigerit: vel ab eo deuiauit: & quoties.

ITem ſi in rebus exterioribus quæ ſunt ad alterum, iuſticia mediante, rectitudinem ſeruauerit, vnicuiq; tribuens quod ſibi debitum eſt, & ſuperiori, & æquali, & inferiori: vel ſi in aliquo iſtorum exceſſerit, aut defecerit, & quoties.

ITem ſi circa paſsiones a terribilibus conſurgẽtes: vtputa circa timores, & audacias, fortitudine mediante, eas ſcilicet moderando, rectitudinem ſeruauerit: vel in eis aggrediẽdis, ſuſtinendiſq;, aliquando eneruatum animum habuerit: & quoties.

ITem ſi circa paſsiones delectabilium: guſtus ſcilicet, & tactus: vtpote cibi, potus, & venereorum, reprimendas & refrenandas temperancia ſubueniente, mediocritatem tenuerit: vel in his nonnunquam ſubcubuerit: & quoties.




ET Licet regulariter & ſimpliciter loquendo homo non teneatur ad confeſsionem venialium: vt ſic: neq; etiã ad confeſſionẽ oblitorũ debita diligẽtia adhibita: niſi forte cum poſtmodum in memoriam venerint: vt theologis placet lib. 4. diſt. 17. multũ tamen expediret, vt poſt ſupradictas omnes interrogationes factas, pœnitens ipſe ſeipſum accuſet, ſubdens clauſulam iſtam generalem, ita inquiens. Dico meam culpã de omnibus peccatis meis mortalibus, quæ ignoro, aut oblitus ſum: neq; vnquam legitime confeſſus forte ex mea ignorantia, vel negligentia. Peccaui denique multis aliis modis, cogitatio-

Documẽtum circa clauſulã generalẽ cõfeſsíonis.

ne, delectatione, omissione, cōmissione, dissolutione, locutiōe, visu, auditu, gustu, odoratu, tactu, & multis aliis modis, de quibus omnibus tam mortalibus quam venialibus dico meam culpam. Valet enim talis confessio (vt dicunt) vel ad hoc, vt talia remittantur, vel vt ad memoriam & cognitionem reducantur, vt non teneatur iterare confessionem, quamuis multa fuerit tunc oblitus confiteri: dūmodo debitam diligētiam secundum suam conditionem & possibilitatem fecerit.

Documētum circa actus interiores.



SED Quia actus interiores, cum non exeunt ad opus exterius, non ita sentiuntur neq; de eis communiter pœnitentes veraciter se accusant in confessione. Ideo oportet prudentem confessorem instruere pœnitentes de his. Nam omnes cogitationes vitiose procuratæ, & cum delectatione receptæ, sunt explicandæ in confessione iuxta possibilitatem, quantum ad quantitatem, vices, & moram. In peccato enim cogitationis diligenter est mora examinanda: in qua si ratio subcumbat sensualitati consentiendo in opus: voluntate deliberata si posset, tunc voluntas pro facto reputatur. Si tamen subcumbat ratio sensualitati, consentiendo in delectatione tantū: ita tamen quod non vult in opus procedere: sed tantū vult interius in delectatione voluptari: tunc licet non fuerit plenus consensus: bene tamen interpretatus & ita mortale: licet minus quā primum vbi est consensus in delectatione & in opus. Si tamen cogitationes ipse quantuncunq; malæ non sint studiose procuratæ, nec cum delectatione receptæ, neq; cum mora seruatæ, neq; sic cogitans dedit occasionem veniendi propter cibi & potus in temperātiam vel alias, sed subito venerunt, & recesserunt cum displicentia,

& statim

& statim vt sentiuntur, expelluntur, aut expellere laborauit, occupando se in lectione vel alias: tales nõ sunt confitendæ: prout sanctus Thomas docet opusculo. 64.


OSTQVAM Igitur prudens cõfessor sic sagaciter discusserit, diligenterq; examinauerit pectus aut cõscientiam ipsius pœnitẽtis. Et extorserit ab eo omnia & singula eius peccata, & omissionis cum suis debitis circunstantiis speciebus, sic eam scopis mundatá reliquerit, vt iam nihil amplı⁹ eius memoriæ occurrat confitendũ: tunc faciat pœnitentem terminare confessionem suam generalem a principio inchoatam, sic dicendo. Ideo præcor beatissimam & gloriosam dei genitricem Mariam, & omnes sanctos & sanctas: & te patrem orare pro me ad dominum deum nostrum, vt & ipse misereatur mei. Deinde confessor memoriter retinens (vt ex prædictis supponimus) omnia aut saltem grauiora peccata sibi detecta: cum a principio vsq; adhuc semper infuderit vulneribus peccatoris oleũ pietatis, & misericordiæ: affabiliter & dulciter ipsum pertractans: tunc iam incipiet superinfundere in eadem vulnera vinum mordacitatis, & reprehẽsionis, ad instar periti medici, vt dicitur Lucæ. 10. & transumptio in. c. omnis vtriusq; sexus. de pœniten. & remissio. In qua tamen reprehensione confessor sic caute, & prudẽter se habeat, vt vnũquẽq; corrigat, & reprehẽdat, proportionabiliter & moderate, attẽta qualitate & personæ & vitiorũ. Dulcius namq; ac suauius tractare habet litteratos, nobiles, & probos viros: qui secum innactam trahunt a natura verecundiam & confusionem: quam rusticos & inuerecundos idiotas: qui nisi dure reprehendantur plærunque non ~~animo~~ agnoscunt grauitatem scelerum suorum.

Cõfessionis terminatio.

Idem sentiendum est de mulieribus quod in earum paternali reprehensione multũ attendenda est etiam qualitas personæ & peccatorum. Reducat igitur prudens & diligens confessor sigillatim ad memoriá pœnitentis grauiora saltem & enormia peccata sibi in confessione detecta, exponens ei vniuscuiusq; grauitatem, abominationem, periculum, & deceptionem. Et sic pedetentim de vnoquoq; secundum gratiam sibi a domino concessam, pœnitentem ipsum corripiat & reprehendat plus aut minus, acrius vel leuius: prout videat sic expedire attenta qualitate personæ & peccati: taliter quod correptio illa seu reprehensio prudentis confessoris sic maneat memoriter impressa in ipso pœnitente: vt sit ei frenum quodá deinceps præcauendi & abstinendi a peccatis: & ad corroborandam correptionem talis vel talis peccati eiusq; grauitatem & castigationem: possunt adaptari autoritates, & exempla ex sacra scriptura: vel alias quæ magis congruere videátur. Stimulatos tamen ex dolore & desperatione, quantũcunq; peccata cõmissa sint grauia: confortare & animare expedit. Exempla inducendo, Dauid Magdalenæ, Pauli, Mathæi, latronis & huiusmodi. Induratos & se excusantes expedit aggrauare mala & peccata eorum. Exponendo eis periculum exemplo, Caym, Saulis, Iudæ & aliorum.



IS Autem sic expeditis confessor vltra procedere habet ad pœnitentiæ iniunctionem. Ad cuius acceptationem animádus & alliciendus est pœnitens a prudente confessore eo modo quo supra dictum est in expositione tertiæ partis pœnitentiæ scilicet satisfactionis. Ad quod etiam cófert quod confessor innotescat ipsi pœnitẽti qualitatem pœnarum

Documẽta circa pœnitẽtie iniunctionem.

quæ

quæ in iure vtpote in canonibus pœnitentialibus taxatæ ſunt pro illis peccatis quæ ſibi detecta & confeſſa ſunt: vt inde agnoſcere valeat quam miſericorditer cum eo agitur. In imponendo tamen pœnitentias prouidus atq; diſcretus confeſſor ad nonnullas cautelas attendere debet. Quarum prima ſit: vt talem ſemper pœnitentiam iniungat: quam veriſimiliter credat pœnitentem implere. Ne ipſam violando, deterius ei contingat. Cómonendus etenim eſt ipſe confeſſus: ne pœnitentiam hanc vel aliam quamlibet acceptet: ſi non eam proponat ſe firmiter pro viribus impleturum. Agnoſcat tamen ſe in purgatorio quam in hoc mundo grauius omnia ſoluturum: vt ſupra recenſitum eſt. Alia cautela eſt quod licet antiquitus ſeruaretur: vt pro quolibet mortali peccato ſeptennis pœnitentia iniungeretur: vt habetur. 22. q. 1. prædicandum in glo. & 33. q. 2. hoc ipſum. §. ſequenti. Hodie tamen omnes pœnitentiæ ſunt arbitrio confeſſoris taxandæ, penſatis circunſtantiis perſonarum & criminum: vt habetur in cap. deus qui. de pœniten. & remiſ. & 26. q. 7. tempora. & ſic habet generalis vſus eccleſiæ: licet ſi ad id pœnitẽtem reperiat libenter paratum & diſpoſitum non eſſet ſuperuacaneum quod in eis imponendis aliquem reſpectum haberet confeſſor in ſic arbitrando cauteq; diſponendo & moderando ad pœnitentiales canones quos ob id quilibet ſacerdos ſcire tenetur: alias vix in eo nomen ſacerdotis conſtabit: vt dicitur. 38. diſtincti. quæ ipſis. Alia cautela ſit quod ſi pœnitens id libenter acceptet: prouidus confeſſor laborare debet: vt pœnitentiæ imponantur, per contrarium peccatis pro quibus iniunguntur: vt luxurioſo continentia, auaro eleemoſyna, ſuperbo humilitas, & ſic de cæteris.

Nam pœnæ medicinæ quædam sunt: & medicinarũ ea natura est: vt per contraria fiant: vt dicitur Ethicorum. 2 Et consonat Gregorius in omelia vnius martyris dicens quod sicut arte medicinæ calida frigidis, & frigida calidis curãtur: sic dominus noster cõtraria posuit medicamenta peccatis. Alia cautela sit quod si pœnitens alias dicat se dolere & imposterum abstinere: non tamen vllam pœnitentiá acceptet: sed diuino iudicio in purgatorio se puniẽdum expositione velit: licet exterius non fuerit signũ veri pœnitentis: non tamen ob ib dimittendus est insolutus: innotescenda esset sibi pœna quæ pro peccatis imponenda esset: & quod eam in se vel in æquiualenti absq; impositione studeat adimplere: alioquin soluet ad plenum in purgatorio: vt Scotus docet in distin. 15. lib. 4. & si confessor non potest gaudere de omnimoda purgatione pœnitentis: saltem gaudeat quod liberatum a gehenna transmittit ad purgatorium: vel imponat ei vnũ Pater noster: vel aliud leue: vt sanctus Thomas, & de Palude & plures alij dicunt: vel si est pauper & oportet eum continuo pro victu laborare: imponat ei (vt Scotus dicit) quod ipse labor continuus sit, sibi ieiunium & illũm subeat in remissionem peccatorum: saltem quousq; occurrat ei opportunitas soluendi aliam satisfactionem. Melius namq; est reddere deo rationem de nimia misericordia quam de nimia seueritate. Exemplo christi qui vt Raymundus dicit non legimus quod imposuerit alicui grauem pœnitentiam: sed vade & amplius noli peccare. Et vt dicit Cancellarius Parisiensis parte. 1. &. 2.

Posset confessor aliquando dare pœnitentiam de non peccando tali, vel tali crimine per certum tempus futurum sub pœna aliqua, vel pecuniaria, vel corporali efficaciter

cacicer

caciter ſoluenda: aut ſub debito redeundi ad confeſsioné infra biduum poſt perpetrationem delicti. Caueat tamen confeſsor (vt gloſ. dicit. 11. q. 3. Cum aliquis.) ne exigat iuramentum a confitente de peccato illo, de quo confeſſus eſt amplius non faciendo, neq; committendo: niſi in caſibus duntaxat a iure permiſsis, ſeu expreſsis: vt ab hæreticis reuertentibus, & ab incendariis, vel in horrendis criminibus, vel in adulterio, aut adultera petente abſolui ab excommunicatione: vt Panormitanus tradit in c. Intelleximus. extra de adulteriis. Non tamen adhuc in iudicio exteriori obſeruandum dicit hoc cum clericis publice concubinariis in. c. clericos. de cohabi. cle. & mu.

Caueat quoq; confeſſor, ne det alicui pœnitéti talem pœnitentiam, per quam fiat alteri præiudicium: vt puta coniugato, quod abſtineat per aliquot dies: aut ecótra vxori, vel ſeruo longam peregrinationé, vel vxori etiam largas eleemoſynas. Cauere etiam debet, ne pro peccato occulto imponat manifeſtam, & publicam pœnitentiam talem. ſ. vnde poſſet aliqua peccati commiſsi oriri ſuſpitio: Cautum tamen eſſet confeſſorem exponere pœnitenti, quod ſi aliqua die ex negligentia, vel ex obliuione omitteret pœnitentiá iniunctam puta ieiunium, aut orationem: quod alia die ſupplere poſsit. Commonendus etiam eſſet confitens de celando pœnitentiam ſibi a confeſſore iniunctam: & alia, quæ in confeſsione acta, dictaq; fuerint: vt de Palude dicit in. 4. diſtin. 21. in fin. Et Ioannes Gerſon, & alij. Debet quoq; diſcretus confeſſor in imponendo hmôi pœnitétias nedum reſpicere ad debitum pœnitétis exſoluendú: verum principaliter, vt ſit remedium præſeruatiuú a reſidiuo: vt ſctús Thomas, & de Palude, Ricardus, cæteriq; theologi cóſulunt in diſt.

 20, lib.

20.lib.4. Infirmis tamen pœnitentibus, & decedētibus, licet fuerit pœnitētia innotescēda: vt si contingat euadere: eam impleant: non tamen, vt sic est eis pœnitētia impōnenda: vt trahitur dist.20.lib.4.&.26.q.7. Esset etiā pœna satisfactoria alicui imponenda de eo, ad qd' alias non tenetur: alias non esset satisfactoriū: vt de Palude docet in dist.15.lib.4. Licet episcopus Abulēsis Matth. 6. Hoc intelligat verū cum distintione, de qua ibi pertractat etiam hoc Adrian⁹ papa in suo.4.in materia de satis factione. Et licet aliqualis varietas versari videant: an hmōi pœnitentia fuerit imponenda pœnitenti a cōfessore ante absolutionē, vel post. Communis tamen vsus ecclesiæ habet, quod anteponatur: vt etiā videri habet per Ioannem Andreæ super Cle. dudū. de sepul. & per episcopū Abulensem Matth.16. Et etiam per Cauriensem episcopum in suo cōfuctatorio. c.11⁹. Habet quoq; cōmunis vsus confessorum duplicem pœnitentiā iniungere pœnitenti: vnam nimis breuē, quam mox inter absoluendum complere posit ante recidiuationē: vtpote, quod dicat vnū Pater noster. vel benedicta sit pasio Dñi nostri, aut aliud cōsimile, quod & in Confiteor Deo. ad introitum missæ, multi sacerdotes in modū pœnitētiæ facientibus, ibidem confesionē generalē iniungere consueuerūt. Et si aberrēt (vt de Palude dicit in fi. dist. 22. lib.4.) qa cum tunc sacerdos nō absoluat, sed tantū vtaī oratione deprecatiua. Misereatur tui &c. neq; etiā ligare debet pœnitentiā iniungendo. Deinde cōsueuerunt cōfessores post illā pœnitentiā breuem, & succinctā, quam, vt dixi, inter absoluendū pœnitens cōplet iniungere aliā præcipuā pœnitentiā, quā ex postfacto obtēta absolutiōe explere habet: & hæc est, de qua actenus sermo factus est, & de qua iu-

ra, &

ra,& cõmuniter Doctores loquunť. Neutrã tamen præ-
dictarũ ad ſolutionẽ obtinendã dicunt eſſe pœnitẽti ne-
ceſſariam ſimpliciter,dum tamen (vt dixi) alias ipſe vera
citer doleat,& in futurũ abſtinere proponat, vt videri ha
bet per Scotũ, & alios theologos in diſt.19. lib.4. Eſto,ꝙ
ſi pœnitẽs erat paratus pœnitentiã ſubire,& cõfeſſor præ
ſumeret nullã pœnitentiã ei imponere, peccaret mortali-
ter abutendo poteſtate clauiũ, & recedendo a diuino or-
dine: vt epiſcopus Abulenſis dicit Matthæi. 16. ſecus ſi
ex obliuione, aut ex inaduertentia id dimitteret.



OSTQVAM Ergo prouidus cõfeſſor im-
poſuerit ſalutarem pœnitentiã ipſi pœnitenti,
eũq; dulciter, ſuauiterq; induxerit, vt toto mẽ-
tis conatu eam acceptet, & adimplere laboret,
ipſumq; ordine ſequenti abſoluere diſponat, præmittẽs
orationem illam deprecatiuã. Dominus parcat tibi. Mi-
ſereatur tui omnipotẽs Deus &c. Indulgentiã, abſolutio
nem, & remiſsionẽ peccatorũ tuorum tribuat tibi omni-
potens, & miſericors Deus &c. Et Dñs noſter Ieſus Chri
ſtus, qui paſſus eſt pro te, ipſe te abſoluat. Hoc tamen to
tũ non eſt de ſubſtãtia, aut eſſentia formæ abſolutionis:
ſed tantum de bene eſſe, & cõgruitate, vt hmõi oratione
tollať aliquod obſtaculũ, ſi eſt ex parte pœnitẽtis ad per-
cipiendũ fructũ abſolutiõis: vt ſanctus Thomas in opu-
ſculo.22.&.3.parte.q.84.art.3.ad primũ.& de Palude di-
ſtin.22.lib.4. Vnde forma abſolutionis ſacramentalis, iu
xta eundẽ ſanctum Thomã, præciſe cõſiſtit in his verbis.
Abſoluo te. quia hmõi quãmaxime congruunt intentio
ni ipſius inſtituentis. cum dixit Matthæi.16. Quæcunq;
ſolueris. Et ſolet his verbis addi. Ego, & a peccatis tuis.
quia eſto, quod ſubticerentur, ibi ſubintelligerentur.

Documẽtum circa modũ abſoluendi pœnitẽtẽ

Solet

Solet quoq; subiungi. Consignatio crucis super confessum, cum inuocatione Trinitatis, cum dicitur. In nomine patris, & filij, & spiritus sancti, amen. Et satis congrue fit hoc ad insinuandum, secundum sanctum Thomam, & de Palude, Ricardum, & alios, quod ipsa peccatorum remissio autoritatis fit per sanctam Trinitatem. Et meritorie per passionem Christi crucifixi, licet ministerialiter fiat per sacerdotem: & ideo de conse. distin. 5. dicitur. Nunquid omnia sacramenta crucis signaculo perficiuntur. Manus tamen impositio super caput confitentis (vt omnes, qui recte sapiunt, dicunt) non est de necessitate, sed tantum de congruitate, iuxta illud Marci vltimo. Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Imo (vt de Palude dicit) non multum congruit, quod talis manus impositio saltem fiat super capita mulierũ: quia bonum est viro mulierem non tangere, vt dicitur. 1. ad Corinth. 7. sed sufficit a lõge leuare super caput. Solet etiam nonnunquam addi confessis, in generali, vel in speciali. Et hoc ex congruitate: quia, vt de Palude dicit, etiam intelligitur, si non exprimeretur. Hoc tamen, vt idem Petrus de Palude dicit in distin. 21. lib. 4. multum congruit ex eo, quod nescit homo, vtrum vnquam fecerit vnam perfectam confessionem: expedit, quod in omni confessione sacramentali, post quædam specialiter enumerata, sequatur generalis clausula: vtpote de omnibus aliis venialibus, & mortalibus, confessis, & non confessis, dico meam culpam. Et sic sequatur absolutio. Nam, vt dicit, valet ad deletionem pœnæ, & culpæ mortalium, & venialium, & ad deletionẽ culpæ mortalis oblitæ, & etiam scitæ: quam tamen non tenebatur alias in speciali iterum confiteri. Cæterum alia quædam, quæ a nonnullis sacer

dotibus

dotibus in verbis abſolutionis conſueuerunt addi: vt pote dicendo de contritis, & oblitis: & circũſtantiis, ſi & inquantum poſſum, & debeo. Et autoritate mihi commiſſa, & conſimilia. non oportet addere. Dum addita plus officiant ſæpe, vel perturbent, quam proficiant, vel ſeruiant: vt idem Petrus de Palude vbi ſupra meminit: ſed latius, & copioſius cancellarius Pariſiencis ſua parte ſecunda, in tractatu de forma abſolutionis ſacramentalis: & alias ſæpe in eadẽ parte. Sufficit enim in his (vt dicit) quod intentio confeſſoris ſit bene regulata: neq; oportet, imo neq; decet, quod inter abſoluendum tot fiant additiones, quæ vel ſunt ſuperfluæ, vel quandoq; diſtrahentes, aut impeditã, & ſcrupuloſam cõſcientiã reddant potius, quã ſeruẽt: propter quod ſecurior modus abſoluendi eſt, vt confeſſor ipſe præmiſſa oratione illa deprecatiua. Miſereatur tui &c. mox ſubiungat. Ego te abſoluo a peccatis tuis, in nomine patris, & filij, & ſpiritusſancti, Amen. Et, vt ſctũs Thom. dicit in quolibeto. 3. q. 28. & de Palude in diſt. 22. lib. 4. Et conſonãt alij, ſatis congrue, & laudabiliter addi in fine cõſueuit, quidquid boni feceris, & propoſueris facere, & mala, quæ patienter ſuſtinueris iniũgo tibi: vt tibi valeãt in remiſsionẽ, & expiationẽ peccatorũ tuorũ. Nam talia valebũt ei, ad expiandũ culpam præteritã, ſeu ad diminuẽdũ de debito pœnæ, nõ ſolũ ex ipſa natura boni operis: ſed etiã ex virtute clauiũ. Dicatq; deniq; cõfeſſor pœnitẽti: oẽs indulgẽtias tibi cõceſſas, tibi cõcedo, vt tibi proſint &c. vade in pace, & amplius noli peccare, ne deterius tibi contingat: & ora pro me.


DEMVM, & finaliter ſicut accidere ſolet in ægritudinibus corporalibus, quod poſtquam infirmus iam adeptus eſt plenam conualeſcentiam, recu- Remedia plura preſeruãtia a recidiuo.

recuperata sanitate. Cum medicus iam vult ab eo in totum discedere: solet ei relinquere documenta quædam continentia nonnullas medicinas præseruatiuas, & modum, quo in posterum se regere habeat, ne ita faciliter re incidat in ægritudinem curatam, vel alias. Sic quoq; in curatione spirituali obseruari debet. Deceret náq;, quod & ipsi pœnitenti, iam a langoribus suorum peccatorum per contritionem, confessionem, & sacramentalem absolutioné curato, iamq; adepta salute spirituali: prouidus confessor ad instar periti medici, relinquat nonnulla remedia præseruatiua a recidiuo, ab illis vitiis, & peccatis signantes, in quibus iandiu habitum, & consuetudinem duxerat: vtpote monédo ipsum, quod labores deinceps peccatorum causas, & occasiones excidere, & eorum suggestionibus aditum non indulgere. Potissimum nanq; remedium ad euitandum peccata, est remouere, aut præscindere eorum occasiones, abstinendo. s. a familiaritate, & conuersatione malorum: quia scriptum est. Cum sancto sanctus eris: & cum peruerso peruerteris. Et corrumpunt bonos mores colloquia praua. 1. ad Corinth. 15. Et qui tetigerit picem: inquinabitur ab ea: vt dicitur Ecclesiastici. 13. Item fugiendo otiositatem, quæ iuxta Bernardum est mater nugarum, & vitiorum, & nouerca virtutum: & iterum omnium tentationum, & cogitationum malarũ sentina est otiũ: & Ezech. 16. Hæc fuit iniquitas sororis tuæ Sodomæ superbia, saturitas panis, & otiũ. & Hieronymus. Semper aliquid boni agito, vt te diabolus occupatũ inueniat: neq; facile capitur a tentatore, qui alicui bono vacat exercitio. & poeta. Otia si tollas, periere cupidinis arcus. Et Cato. Diuturna quies vitiis alimenta ministrat, Item in carnis tétationibus fugam mox arripiendo,

piendo. Nam, vt glo. dicit ſuper illud Apoſtoli. 1. ad Corinth. 6. Fugite fornicationem. Sunt quædam vitia, quæ non melius, quam fugiendo vincũtur. & Hieronymus in epiſtola ad Euſtochiũ. Victoria non ſperatur in hoc certamine, niſi ex fuga. Nemo ex fortitudine audeat reſiſtere viribus: quoniam niſi fugiat cito ſuccumbet. Item paſsionem Chriſti iugiter meditando: iuxta illud Threnorum. 3. Dabis eis ſcutum laborẽ tuum. i. labor tuæ paſſionis erit fidelibus ſcutũ ad ſe defendendũ cõtra tela, & iacula inimici. Et ad Hebræ. 12. Recogitate eum, qui talem ſuſtinuit aduerſus ſemetipſum contradictionem, vt non fatigemini animis veſtris deficientes. Item mortem inexcuſabilem frequenter rememorãdo. Eccleſiaſtici. 7. Memorare nouiſsima tua, & in æternum non peccabis. Et Hieronymus ad Paulinam. Facile contemnit omnia, qui ſemper cogitat ſe eſſe moriturum. His enim, & conſimilibus ſyrupis ad memoriam ipſius pœnitentis, per prouidum confeſſorẽ finaliter reductis. reddet eum cautum ad præcauendum peccata in futurũ, & ad cõſeruandam gratiã remiſsionis, in hoc ſacramẽto perceptã: qua aſſequi valeat gratiam. Ad quam nos perducat &c.

INCIPIT PARS SECVNDA Huius Tractatus.

Cap. 1. de pcti diffinitione eiuſq; diuiſione.



XPEDITVS De primo, ad ſecũdi proſecutionẽ deuenio. Et quia, vt ſctũs Thom. dicit in ſua tertia parte. q. 84. ar. 2. Materia ſaltem remota, circa quã verſatur artificiũ iſtud pœnitentiæ, & confeſsionis ſacramẽtalis, ſunt peccata: ideo ad tollendam ſimplicibus confeſſoribus

bus ignorantiam, ſaltem negationis: præmittendũ duxi duo de peccato in cõmuni. Primum, quid ſit peccatum. Secundum, quotuplex. Ad primum dici poteſt, quod de peccato in communi: & ſi quamplures a ſanctis Doctoribus aſsignentur deſcriptiones, pro nunc tamen ſufficiat adducere duas peccati deſcriptiones, quæ mihi videntur cæteris, & communiores, & ſufficientiores. Quarum vna eſt beati Auguſtini in lib. 22. contra Fauſtum, dicentis peccatum eſt dictum, factum, concupitum contra legem Dei: quæ (ſic vt iacet ſumpta) tantum cõuenit peccato commiſsionis, ſeu tranſgreſsionis. Poſſet tamen adaptari etiã peccato omiſsionis, ſi diceretur, quod peccatum eſt non dictum, vel non factum, vel non concupitum ſecundum legem Dei: vt exponitur a theologis lib. 2. diſt. 35. etiam poſſet aliqualiter, & ſecundum quid adaptari peccato veniali, ſic accepta, vt ſi dicatur: peccatum eſt dictum, factum, concupitũ prẽpter legem Dei, vt tradit. ſ. Thom. prima. 2. q. 88. art. 1. ad primũ. Peccans enim venialiter, & ſi non faciat contra legem Dei: bene tamen faciat præter legem. Alia peccati deſcriptio eſt beati Ambroſij in lib. de paradiſo dicentis, quod peccatũ eſt tranſgreſsio legis diuinæ, & cæleſtium inobediẽtia mandatorum, & vnaquæq; peccati diffinitio exponit̃ a magiſtro, & modernis theologis lib. 2. diſt. 35. Poteſt etiã dici, quod peccatum iuxta eundem Auguſt. eſt voluntas retinendi, vel conſequendi, quod iuſtitia vetat, vel quod eſt rebus fruendis vti, & rebus vtendis frui: vel quod eſt ſpretis rebus æternis, temporalia ſectari, vel, vt ipſe inquit, in lib. de cõtri. cordis. Peccare eſt Deum inhonorare: quod homo facere non debet, etiam ſi neceſſe eſſet perire, quidquid Deus non eſt. Ad ſecundum de peccati diuiſione

Peccati diffinitio multiplex.


dicendũ:

dicendum:peccatũ prima ſui diuiſione, diuiditur in peccatum originale,&in peccatum actuale. Originale peccatum dicitur, quod cum ſemine, propagatione vitiata, a parẽtibus trahitur.de quo apoſtolus ad Ro.5.In Adam omnes peccauerunt. & hoc contrahunt de lege cõmuni omnes deſcẽdentes ſecundũ rationem ſeminalẽ a parentibus:vt videri habet per theologos lib.2. di.3.cũ ſequentibus.Et hmõi peccatũ in lege Euangelica, etiam de lege ordinata,expiatur non aliũde,quã per baptiſmũ.Actuale vero peccatũ dicitur,quod per actũ perſonalẽ cõmittitur,aut perpetratur:de quo Ezechi.18. Anima,quæ peccauerit,ipſa morietur:vt apoſtolus ad Gala. vnuſquiſq; onus ſuũ portabit. Hoc peccatũ actuale ſubdiuiditur in peccatũ cõmiſsionis,& trãſgreſsionis,& in peccatũ omiſſionis. Peccatũ trãſgreſsionis dicit̃,quod opponitur præceptis negatiuis decalogi:vt mœchari,& fornicari, & furari,& occidere.Omiſsionis vero peccatũ dicitur, quod opponitur præceptis affirmatiuis: vt non colere Deum. Non ſanctificare feſta. Non honorare parẽtes. Vtrunq; iſtorum ſubdiuiditur in peccatũ mortale, & in peccatũ veniale.Dicitur peccatũ veniale, quod propter imperfectionẽ ſui actus,& leuitatẽ culpæ,faciliter remiſsibile eſt, neq; aufert gratiã,aut charitatẽ:ſed tantũ feruorem charitatis:vt mendaciũ iocoſum, riſus ſuperfluus. Et ſolet veniale aliquod peccatũ dici tripliciter, vel ex genere, vt mendaciũ iocoſum,vel ex cauſa, vt peccatum ex infirmitate,aut ex ignorantia cõmiſſum,vel ex euentu, vt quodcunq; peccatũ per confeſsionem efficitur veniale:licet veniale duob⁹ modis vltimis ſũptũ, ex ſe ſit mortale.Mortale vero peccatũ dicit̃, qđ infert animæ mortẽ ſpũalem, auferendo ab ea grãm,& charitatẽ:vt fornicari, furtũ,&

Pctĩ diuiſio multiplex.

hmói. Et tale dicit, seu nominat tum peccatũ, tũ delictũ, tum crimẽ, tum scelus, tũ iniquitas: de quo magister, & theologi lib.2.dis.42.& Iob.13. Hmói quoq; peccatũ tripliciter solet diuersificari, secundũ tres gradus, quib9 fit ꝓcessus ad cõplementũ peccati. Cótingit náq; peccare cogitatione, locutione, & opere, atq; nõnunquá cósuetudine: vt trahit etiá per magistrũ, & theologos lib.2.dist.42. & figurat hic tertius gradus peccati, per tres mortuos a Christo suscitatos. Vnũ.s. in domo: de quo Matt.9. Mar. 5.& Luc.8. Aliũ extra portá: de quo Luc.7. & aliũ quatriduũ fœtidũ in monumento: de quo Ioan.11. Variari etiá solet hmói peccatũ ex parte obiecti tripliciter: quia cótingit peccare in Deum, in se, & in proximũ, vt videri habet etiá per magistrũ, & theologos lib.2.dist.42. Et præterea variari dicitur hmói peccatũ, in peccatũ carnale, vt luxuria, & gula, & in peccatũ spirituale, vt superbia, accidia, & cósimilia: vt trahitur a sancto Tho. sua prima.2.q.72. ar.2. dicitur quoq; variari peccatũ vltra ex parte originis: & sic Gregor. 31. moralium omnia peccata reducit ad septẽ vitia capitalia, quæ sunt superbia, auaricia, luxuria, inuidia, gula, ira, & accidia: vt trahitur etiam per magistrum, & modernos doctores lib.2. dist. 42. Ad has omnes varietates, & differentias peccatorum se extendit artificiũ istud pœnitẽtiæ, & cófessionis, & primo dũtaxat.s. originali excepto. Et ideo opporteret confessoré quẽquá eas omnes nó ignorare: alias (vt supra meminimus) cum aliquali periculo animæ suæ audit confessiones.

Regulæ ad discernendum mortale a veniali.


ED Circa supradictum documentũ occurrit dubitandũ, per quid cófessor habeat discernere de aliquo pctó, an fuerit mortale, vel veniale, cum hoc fuerit, quámaxime necessariũ cuilibet

bet cõfessori: cum eius officiũ propriũ fuerit discernere
inter lepram, & leprá. Ad quod dicendũ, quod ad hoc ali
qualiter discernendũ, pẽsanda sunt aliqua. Primo, pẽsan
dus est finis ipsius peccãtis. Nam cum amor, vel affectio
ad aliquá creaturá, tantũ crescit in ipso peccante, ꝙ præ-
ponit eá dilectiõi Dei, paratusq; est Deũ offendere, & ei⁹
mádata tráſgredi, propter hmõi creaturá: tunc dicit̃ mor
tale peccatũ: cum ibi fuerit contẽptus quidẽ, saltem inter
prætatiuus, & fruitio creaturæ: in quo, vt Augu. in li. 83.
q. dicit tota peruersitas humana consistit. Ná & sic finis
dilectionis ipsius peccátis, est illa creatura: & illá habet si
bi pro Deo, iuxta illud apostoli ad Phili. 3. Quorũ Deus
vẽter est. Ná qui pro fine vltimo habet aliquid, illud est
Deus su⁹: sicut etiá dicebat Aug. ꝙ non aliquid tá venia-
le, qđ nõ fiat mortale, dũ placet cõplacẽtia. s. finis vltimi.
Quádo tamen qs inordinate afficit̃ ad aliquá creaturá. s.
vxorẽ, aut filios, pecuniá, vel aliqd simile: attamen ꝓpter
eam nollet Deũ offendere, nec præcepta ei⁹ tráſgredi, aut
amicitiá eius ꝑdere: tunc, vt sic, nõ est pecatũ mortale ibi,
sed veniale. Hinc solet dici, ꝙ peccatũ veniale non auer
tit a fine: sed retardat a fine: neq; sic peccás recedit a via,
sed nimis immoratur in uia. vt docet. s. Tho. lib. 2. dis. 42.
ar. 3. ad quintũ. & 3. parte. q. 87. arti. 1. Hinc etiá est: quod
peccatũ mortale assimilatur morti: veniale vero assimi-
latur ægritudini, vt videri habet per eundem. s. Tho. pri-
ma. 2. q. 72. ar. 5. Aliud, quod pensandũ est ad discernen
dũ mortale a veniali. An per tale peccatũ fiat aliqd mul-
tum notabiliter cõtra dilectionẽ Dei, aut proximi: quia
tunc est mortale. Quando vero alias, erit veniale. Et dici
tur aliquid fieri notabiliter cõtra dilectionẽ Dei, cũ repu
gnat charitati, quá habere quis debet ad Deũ sup omnia

Sed dicit̃ notabiliter fieri cõtra dilectionẽ proximi, cum quod sibi non vellet rationabiliter fieri, vult fieri alteri. Et pensandũ est etiã, quia qñ aliqua fiunt contra præceptũ Dei, & ecclesiæ, vel legis naturæ, aut superioris, cum talia præcepta sint de necessitate salutis, vel contra votũ, aut iuramentũ licitũ: regulariter loquẽdo, tunc censetur mortale. Quãdo vero circa prædicta, erit veniale. Similiter est pensandũ, an illud factũ, vel omissum fuerit contra cõsciẽtiã vere, vel false dictantẽ illud esse mortale, aut saltẽ formidantẽ illud esse mortale: quia tunc regulariter erit mortale. Pensandũ est vltra quo ad actus interiores, qui non exeunt ad opus. Nam qñ talis agitatio (etiam de quocũq; turpi) retinet̃ intra, absq; cõplacẽtia, aut delectatione, & cõsensu, nec fuit ꝓcurata in se, nec in sua causa, tunc non est mortale: sed veniale, vel nullũ. Cum tamen est cõsensus in actu, qui de se est mortale, vel cum cogitatione, aut cõplacẽtia est delectatio morosa: licet talis consensus nõ sit in actu, sed in sola morosa delectatione: tũc censet̃ mortale: vt accipitur ex. S. Tho. in opusculo. 64. & prima. 2. q. 74. arti. 8. & ex cancellario parisiẽsi, in sua parte secunda, in suo cõpendio theologiæ. Ad discernẽdum quoq; inter mortale, & veniale, quãplurimũ confert videre, quæ ipsemet cancellarius pertractat in sua. 3. parte. in de vita spirituali animæ lectione. 5. per totam.

Cap. 2. Minister pœnitentiæ dicit̃ proprius sacerdos.

DEINDE, & secũdo non debet ignorare prudẽs cõfessor qs fuerit accõmodat⁹, seu adæquatus minister huius artificij: quia regulariter loquẽdo, nõ quicũq; sacerdos, sed tantũ ꝓprius: vt patet ex. c. oĩs vtriusq; sex⁹. de pœ. & re. Ne qs mittere audeat falcẽ in messẽ alienã: vt dicit̃ in. c. venerabilẽ. de electiõe. Qđ vsq; adeo verũ est: vt multi ex nr̃is theologis

tenuerint

tenuerint, quod huiuſmodi determinatio miniſtri, in cõfeſſione ſacramentali, needum fuerit ex ordinatione eccleſiæ, verũetiam Chriſti, vt ſignificare videtur. ſ. Tho. ſuo li.4. diſ.1.q.1.ar.3. ſub ar.1. ad primũ. & diſt.24.q.3.ar. 2. ſub ar.3. etiam ad primum. & conſonant Petrus de Palude, & ſctũs Bonauẽtura, Gabriel, & Durandus: licet, vt ipſe dixit in eadem diſt. aliquãdo ſibi viſum fuerit oppoſitũ. Quod ſi ita eſt, ſequiť, quod determinatio miniſtri, in hmõi ſacramẽtali cõfeſſione, needũ eſt de neceſſitate præcepti: verũ de neceſſitate ſacramenti. Ex quo vltra ſequiť, quod ſacerdos, qui attentaret ligare, & ſoluere non ſibi ſubditũ, extra caſũ neceſſitatis, needũ peccaret mortaliter, verũ nihil ageret. Ex quo etiã inferť, quod poteſtas ordinis nõ eſt præciſa, immediata, & propinqua primo ad ligandũ, & ſoluendũ ſacramẽtaliter: vt expreſſe tenet Gabriel. Ex quo demũ inferť, quod nec Papa cũ tota plenitudine ſuæ poteſtatis, nõ põt agere, ſeu diſpẽſare vt aliqs abſoluať ſacramẽtaliter ab alieno, & non ꝓprio: vt de Palude in diſ. 17. lib.4. expreſſe tenet: licet bene poſſet de non ꝓprio facere propriũ, & ecõuerſo: dando iuriſdictionẽ non habẽti, & auferẽdo iuriſdictionẽ habẽti. Et diciť proprius ſacerdos, quicũqꝫ habet poteſtatẽ abſoluẽdi ordinariã, vel delegatã, ſiue ſit cõis, ſiue ſingularis. Primo modo, vtpote & iuriſdictione ordinaria qlibet hõ regulariter habet tres ꝓprios ſacerdotes, puta ſuũ curatũ, de cuius parochia eſt, ſuũ epiſcopũ, in cuiꝰ diœceſi eſt, & Papã vbicũqꝫ ſit: quia eſt põtifex non ſolũ vrbis, verũ orbis. Et ſic (vt dicũt) accipiť proprius ſacerdos in illa decretali. omnis vtriuſqꝫ ſexus. de pœ. & re. cum diciť, ꝙ ſaltẽ ſemel in anno teneť confiteri qs alicui, de licẽtia ſui proprij ſacerdotis, Sed ſecundo modo diciť, quis proprius ſacerdos,

Corollarium.

Corollarium.

Corollarium.

Sacerdos proprius quis dicatur.

dos, vtpote ex iurisdictione delegata, ille, cui cõmittitur potestas audiendi confessionẽ ab aliquo illorum trium .s. vel a curato suo, vel a diœcesano, vel a papa, vel etiam a legato domini Papæ, a iurisdictione, a iure concessa, siue permissa: vt in articulo necessitatis quilibit sacerdos. Et sic ample (vt aiũt) accipitur proprius sacerdos in præcitata decretali: cum dicit, quod tenetur quis semel in anno cõfiteri proprio sacerdoti. s. vel ex iurisdictione ordinata, vel ex delegata.

Cõclusio Vtrũ tamen vicarius curati, & generaliter proprius sacerdos ex sola alterius commissione possit subdelegare, & audientiã cõfessionũ cõmittere: aliqui tenẽt, quod non, etiã in illo casu, in quo in foro exteriori possit subdelegare: puta, quia datus ad vniuersitatẽ causarũ: vt de Palude tenet lib. 4. dist. 17. q. 4. art. 1. cõclusione. 2. & in eandẽ sententiã (licet tẽperatius, & cũ aliquali distinctione) videt declinare Ricardus anglicus in suis quolibetis. Alij tñ oppositũ sentiunt: de quorũ numero est dñs Adrianus Papa hui⁹ nominis sextus in suis quæstionibus super. 4. sententiarũ, in materia de sacramento confessionis, in secũdo dubio cuiusdam quæstionis: pro quo videtur facere generalis fere cõsuetudo ecclesiæ. Videmus nanq;, quod vicecuratus in sua absentia sæpe cõmittit alteri vices suas, & in quibusdã solẽnitatibus, plærũq; alios simplices sacerdotes, in partẽ solicitudinis suæ aduocat; ꝓpter quod dicit hic modernus pontifex, quod vbi intentio curati est suo vicario plenas vices, quo ad sacramentorũ administrationẽ cõmittere, etiã in delegando, & licentiãdo, quẽadmodũ ipse facturus esset, si personal'r in cura resideret: æque sufficit vicarij licẽtia, vt principalis curati. Et regulariter ita fit, vbi curati iusta causa non residẽtes, vicarios instituũt, secus si industria perso-

nae

næ quio ad tale miniſteriũ a curato eligeret: quia tunc fidei eius nihil vltra cõmittitur, quam nudũ miniſteriũ, & ſic habet procedere: quod dicit in. §. cæterũ. c. vlt. extra de offi. dele. Et ideo ad hoc multũ penſanda eſſet & intẽtio curati in vicariũ illum præſentãdo: & non minus mens ipſius diœceſani in talem vicariũ acceptãdo, vel refutando, vt præmaxime obſeruatur, & quidẽ in hoc laudabiliter in hac diœceſi Salmãticenſi: vbi a longiſsimis tẽporibus conſuetũ extitit, vt nullus vicarius alicuius curati, in ſui abſentia ad curã animarum inſtituat. Niſi a diœceſano, vel eius viſitatore præexaminatus, & ab eodẽ licentiatus. Sed ad noſtrũ propoſitũ ſat ſit, quod regulariter loquendo, ſacramentalis cõfeſsionis miniſter non eſt quicunq;: ſed tantũ ſacerdos, & proprius. Quis tamẽ dicendus fuerit propri⁹ ſacerdos quarundã inſigniũ perſonarum: puta Papæ, Cardinaliũ, Archiepiſcoporũ, & ſimilium: videri habet per Petrũ de Palude in diſt. 17. lib. 4.

Et dictũ eſt regulariter: qa in certis caſibus bene poteſt quis (vt ſummuliſtæ dicũt) cõfiteri alieno ſacerdoti: etiã ſine licẽtia ꝓprij. Et caſus iſti ſaltẽ cõiores ſolẽt aſsignari quinq;, quos quilibet curat⁹, & cõfeſſor præſcire debet. Quorũ primus eſt ꝓpter notabilẽ imperitiã, & indiſcretionẽ proprij ſacerdotis, vel etiã cum ſubeſt iuſta cauſa ex ſua culpa, quod pœnitẽs, aut ſubditus eius non confiteatur ſibi: vtpote quia reuelator cõfeſsionis, aut ſolicitator ad peccandũ, aut excõicatus, ſuſpẽſus, irregularis, vel alias. Et ſumitur caſus iſte primus ex textu cum gloſ. in c. placuit. de pœ. diſt. 6. & idem tenet Hoſtienſis in ſumma: ſed ſanctus Thomas in lib. 4. diſt. 17. q. 3. art. 3. ſubar. 4. ad tertiũ. & diſt. 21. in glo. vlti. videtur dicere, quod adhuc in iſto caſu concernẽte tantum diſcretionem proprij

Caſus ĩn quei qui bus licet cõfiteri alieno ſacerdoti.

ſacerdotis, ſubditus non debet adire alium abſq; licentia proprij ſacerdotis, aut ſuperioris: & cõſonant de Palude, Albertus Magnus, Innocentius, & Marſilius, & alij quã plures. Vtrum tamen ille alius, quem in tali caſu pœnitens adiret petita licentia, deberet ei credere aſſerenti ſuũ proprium ſacerdotem eſſe indiſcretum: vide glo. in præ dicto. c. placuit de pœ. diſt. 6. Secundus caſus eſt, quando domicilium trãſtulit: quia tunc deſinit eſſe parochianus primi, & incipit eſſe parochianus illius, apud quẽ ſe trãſſtulit. Tertius eſt, cum eſt vagabundus, non habens, nec habere potens domiciliũ determinatum. Et idem eſt de peregrinis, ſignanter, ſi de licentia curatorum profecti ſunt Quartus eſt, ratione deliti, cum quis. ſ. deliquit in aliena parochia: quia ratione delicti ſortitur quis forum. vt dicitur in cap. licet. extra de fo. compe. ſed iſtud licet in publicis, & excommunicationibus: vt aliqui dicunt, verum ſit, non tamen ita habetur locum in occultis, & interioribus. Quintus eſt, ratione neceſsitatis: quia in articulo mortis, omnis ſacerdos ab eccleſia non præciſus, autoritate iuris (vt ſupra diximus) fit ſacerdos proprius. His ab Hoſtienſi adduntur illi tres caſus. Vnus, ratione ſtudij, vt clerici, aut ſcholares veniẽtes ad ſtudium, de licentia prælatorum. Secundus eſt propter rati habitionem proprij ſacerdotis, in quem ſpem ponens, alienus ſacerdos poteſt (vt aiunt) abſoluere: qui tamen nõ vſquequaq; admittitur a Petro de Palude in. 17. diſt. ſui quarti, ꝓpter rationẽ, de qua ibi. Tertius eſt de nauigãtibus, & vniuerſaliter de omni eo, qui quærit domicilium, quo ſe conferat interim, quod non eſt limitatus ad vnũ locũ: ſed hic caſus implicat in tertio caſu, de quo ſupra. Extra hos igitur caſus, ſemper oportet ſaltẽ ſcientem cõfiteri proprio

ſacerdoti, vel de eius licentia: aut ſuperioris. Et conſulit ſanctus Thomas in.4. diſt.17.q.3. ar.3.ſubar.4.ad ſextũ, quod proprius ſacerdos ſit facilis, ad præbendam licentiam confitendi alteri: alias (vt dicit) peccaret: quia multi ſunt adeo infirmi, quod potius ſine confeſsione morerentur, quá tali confeſſori confiteátur. Hoc tamen intelligo verũ, in caſu, quod probabilitatẽ habet, quod petẽs talem licentiá, nõ eligeret niſi æque bonũ, vel meliorem: alias indeterminate petẽti, non debet libẽter dari talis licentia a ſuo curato: quia tũc imputaretur ei, qui ouẽ ſuá permiſit errare libere. Si tamẽ parochianus huiuſmodi licentiá non indeterminate, ſed determinate petat, & nominet ſibi aliquẽ, de quo veriſimile eſt quod ſit æque bonus, vel melior ad confeſsionem audiendá, non debet negare: ſi vero apparet, quod nõ eſt æque bonus, aut per famam, aut per viſum ſuæ perſonæ, aut per conuerſationẽ perſonarũ ſibi confitentiũ, quæ minus religioſæ conuerſantur: tunc ſimpliciter debet negare, innoteſcẽdo quod ille non poteſt abſoluere, & dicere, quod eſt paratus audire, vel aliũ dare: de quo latius informari quis habet ex dictis dñi Petri de Palude in ſuo.4.diſtin.17. q.4. arti.3. Cõſiliũ pcurato.

Sed quid ſi ille alius petitus haberet licentiam a ſuperiore? tunc proprius ſacerdos licet non poſit ſimpliciter prohibere parochianũ ſuũ, ne illum adeat: debet tamen dicere petẽti, non expedit tibi quod vadas ad illum, neq; ibis de voluntate mea, atq; de licentia, licet nõ poſſum te prohibere: quia a maiori habet poteſtatem: ſum autem paratus te audire, vel alium congruũ vicariũ dare: vt de Palude docet ibi ſupra. Sed ſi quæratur, an alienus ſacerdos debeat credere pœnitẽti dicenti ſe licentiatum eſſe a proprio ſacerdote, vt aliũ adeat. Et ſimiliter proprius ſacerdos Cõcluſio.

dos debeat credere suo subdito dicēti se fuisse cōfessum: sanctus Thomas,& Ricardus,cum multis aliis dicūt ꝙ sic:quia in foro conscientiæ cuiqꝫ creditur pro se, & contra se:vt idem Tho.tradit lib.4. dist. 17.q.3. ar.3. subarticulo.5. ad secundū,& quolibe.1.ar.12. Hostiensis tamen dicit, quod non debet credere sibi, imo quod oportet probare,sed hoc intelligunt alij esse verū,si esset persona suspecta,& minus fide digna,quia tunc non teneretur ei credere,nisi ei sufficienter fidem faceret,quod scilicet illi, vel illi est confessus,qui eum potuit absoluere: vt de Palude dicit li.4.dist.17.q.4.ar.3.Et cōsonāt Scot. Ricar. & alij quāplures: licet ꝙ vere fuerit confessus,nequeat probari:cū id sub probatione cadere nequeat. Excōmunicato tamē,non tenetur sacerdos credere, nisi probet se esse absolutū:vt sanctus Tho. in quolibeto.1.ar. 12. tenet.

Capitulū tertium. Quando quis teneatur confiteri.


EINDE Non debet tertio,diligens curatus ignorare quando quis teneatur ad vsum huius confessionis sacramentalis,quia saltem tempore stabilito ab ecclesia,vtpote semel in anno:vt ex concilio lateranensi habetur, de quo in cap. omnis vtriusqꝫ sexus de pœ.& remiss. Vnum tamen est, quod aliud est loqui de confessione in voto, & proposito. Et aliud quo eius actū,& exercitiū.Nam ad confessionis votum,& propositum,tunc & totiens quis tenetur:cum & quotiens tenetur de peccato cōfiteri,cū vera contritio annexum habeat propositū confitendi. Quando tamen & quotiens teneatur quis de peccato confiteri : dici potest quod cum peccata memoriæ occurrūt. Et cū in periculo existit:& cum teneatur celebare prout Durandus in.q.10 dist.17.lib.4. tradit: & idē dicit sanctus Thomas, & alij. Ad confessionē tamen actu exercitā secundū cōmuniorē

opinionē

opinionẽ & ampliorẽ, non tenetur peccator regulariter loquẽdo ſtatim vt peccat nec vt Ricardus dicit iure naturali nec diuino: neq; etiã iure poſitiuo eccleſiaſtico. Cum præceptum de tali confeſsione fuerit affirmatiuũ, & ita non obliget pro ſemper, & ad ſemper, ſed pro tempore ſtatuto ab eccleſia: vt cõmuniter trahitur per theologos lib.4.diſt. 17. & per decretiſtas. de pœ. & remiſ. Ab hac tamen generalitate excipiuntur quinq; caſus, in quibus actu oportet peccatorẽ confiteri. Primus caſus eſt, ratione ſacramenti ſuſcipiendi, vel miniſtrandi, quia tunc ſi adſit facultas, debet actu confiteri. Secundus eſt, ratione ſtatuti: quia.ſ. in quadrageſima ratiõe cõmunionis, quæ præcipitur fieri in paſcha. Tertius, ratione dubij ſcilicet oportunitatis cõfeſſoris perdendæ: puta ſi occurrat qui poteſt abſoluere, nec ſit de eo ſpes, quod redeat ante tempus cõfitendi. Quartus, ratione periculi, puta cum quis eſt in periculo mortis, ſic quod frequenter homines in illo ſtatu moriuntur: ſicut in bello, aut naufragio, aut in acuta, vel multũ graui infirmitate. Hinc medici tenentur monere infirmos: vt ante omnia medicos aduocent: vt dicitur in. c. Cum infirmitas extra de pœ. & re. Quintus caſus eſt, ratione ſcrupuli: vtpote ſi homo ſit illius opinionis in vniuerſali, quod homo teneatur ad ſtatim confiteri. Nam ſtante illo dictamine, peccaret aliter agẽs & ædificaret ad gehẽnam. Hinc ſequitur, quod ſicut Papa non poteſt diſpenſare, quod aliquis poſt baptiſmum mortaliter peccans non teneatur confiteri: ſic forſan nec poteſt quod homo peccator, non teneatur confiteri infra annum occurrẽte mortis periculo, vel ſacramenti alicuius ſuſceptione: vt excipitur de mente Petri de Palude in diſtin. 17, lib. 4. q. 2. articu. 6. Licet bene poſsit abſolute,

Caſus quibus in quibus ſtatim teneatur quis confiteri.

Corollarium.

Corollarium.

Corollarium. lute, in eo quod positiuũ est. Hinc sequitur vltra, quod licet absolute, & simpliciter non teneatur quis pluries in eodẽ anno actu confiteri, quia ad id nõ abstringitur præcepto iuris, nec naturalis, nec diuini, nec positiui ecclesiæ. Bene tamen tenetur ad id, in aliquo, de casibus tactis.

Corollarium. Hinc sequitur etiam quod forte si præsbyter parochialis ad audiendũ confessiones parochianorũ, non obligetur directe, & explicite, per statutum ecclesiæ nisi semel in anno: tamẽ per illud statutum obligatur implicite ad audiendum eos, quotiescunq; tenentur de necessitate cõfiteri, etiam si multoties occurrant in eodẽ anno, casus in quibus tenentur confiteri de necessitate, prout Ricardus de media villa tenet lib. 4. dist. 18. q. 2. ar. 3. ad vltimũ.

Corollarium. Hinc sequitur vltra, quod & si absolute, & simpliciter non teneatur quis in eodẽ anno confiteri pluribus cõfessoribus: quia nullo iure ad id astringitur: bene tamen in aliquo casu, vt puta cum quis habẽs casum reseruatũ superiori, confitetur inferiori. Nam tunc nulli dubiũ, quin ambobus teneatur ille eodem anno confiteri. Cum inferior non possit absoluere de eo, quod est superiori reseruatum, neq; superior vult ipsum de omnibus audire. In quo casu licet plures sint modi dicẽdi: de quibus Petrus de Palude in lib. 4. dist. 17. q. 5. ar. 1. & Durandus de sancto Portiano ibidẽ in. q. 15. tamen cõmunior & securior modus dicẽdi est, quod in tali casu vbi inferior nõ potest de omnibus absoluere, neq; superior vult omnia audire, vel ab omnibus absoluere: tunc inferior primo debet audire omnia peccata. Secundo, sine absolutione remittat eum ad superiorẽ, vt dicat, & confiteatur ei casum retentum. Et tertio, superior audito illo casu, remittat eum ad inferiorem absoluendũ vnica absolutione, ab omnibus

peccatis: ſicut omnia ei cófeſſus fuit. Hinc enim modus dicendi videtur magis ſine calũnia, & approbatur a pluribus, & ſignanter a domino Ioáne Capolo in diſt. 18. q. vnica. ar. 3. in fi. Et cóſonat Ricardus de media villa pro parte in diſt. 17. arti. 9. q. 8. ad ſecundum. Sed ſi quæratur, quot ſint caſus in quibus oportet quod ſimplex ſacerdos remittat pœnitentem ad ſuperiorem. Reſpondet ſanctus Thomas in diſt. 19. ar. 3. ſubarticulo. 2. quod ſunt quinq; Primus eſt, quando eſt ſolénis pœnitentia imponenda, quia talis non poteſt imponi niſi ab epiſcopo, & non ab inferiori: vt trahitur in diſt. 14. lib. 4. Secũdus eſt de excómunicatis, cum inferior ſacerdos non poteſt abſoluere. Tertius quando inuenit irregularitatem contractam, pro cuius diſpenſatione, debet ad ſuperiorem remittere. Quartus eſt, de incendiariis. Quintus, quando eſt cóſuetudo in aliqua diœceſi, quod enormia crimina, ad terrorem epiſcopo reſeruantur, quia conſuetudo dat, vel aufert in talibus iuriſdictionem, vt dicitur in cap. conqueſtne. 9. q. 3. ſed vltra iſtos caſus in quibus pœnitens eſt remittẽdus: ſolent adhuc plures alij aſsignari: licet iſti ſint cómuniores, & ad hoc, modo aliquo valeant reduci, de quibus tamen infra amplius dicetur: pro nunc tenendũ eſt ad propoſitum, quid ſimplex confeſſor agere habeat, & qualiter ſe debeat habere cum pœnitente, in quo inuenit caſum reſeruatum, a quo nequit abſoluere.

Cõcluſio. De quinq; caſibus in quibus remittendus eſt cõfitens.

In quo tamen nónulli imperiti cófeſſores perſepe aberrant, qui non tam confeſſores quam deceptores dici merentur: nónulli namq; cum talem caſum inueniunt, conſueuerunt ad cautelam, vel neſcio ad quid, dicere pœnitenti parochiano. Ecce ego te abſoluo ab iſto peccato ad cautelam: vt poſsis iſtis diebus cómunicare: ne de te ſcan

dalum

dalum non cómunicando oriatur, tu tum post pascha accedes ad episcopum &c. sed quantum isti aberrent diximus: & peccant grauiter: licet nó incurrát per hoc aliquá censurá. Tenetur tamé illum, qué sic absoluũt, instruere, de errore perpetrato, si eum cognoscũt, vel possint inuenire: licet pœnitens (dum hoc probabiliter ignorat) excusatur quoad deum, & cautela, quá in tali casu obseruare debeat confessor, est vt petat autoritaté a superiori super hoc casu, in quo cum non poterat, absoluit: qua obtenta & accersito pœnitente illo, per aliqué modũ velatum interroget ipsum de aliquibus prius cófessis, quasi melius volens de eis informari: ac si nó plene prius intellexisset, & si qua alia postea commisit crimina, & tunc iterum absoluat ipsum ab omnibus, & si ex hoc aliquod magnum scandalum suspicaretur, absoluat ipsum absentem, si ab vltima confessione adhuc creditur in gratia perseuerare: vel vt aliis placet, cómittat illud summo sacerdoti. s. Christo, præsertim quádo multum distaret loco, vbi est

Cóclusio. confessor. Et si quæratur an possit quis confiteri simul, pluribus confessoribus, vt inde melius informetur: dicit Scotus in dist. 17. lib. 4. in solutione cuiusdam articuli, quod talis confessio non esset sacramentalis, quia exiret forum secretum, quod exigitur ad confessionem sacramentalem. Ricardus tamen in eadem dist. arti. 3. q. 8. credit, quod licet duo presbyteri simul audientes vnum confitentem, & simul absoluentes peccent, quia faciunt contra consuetudinem ecclesiæ, & eius statutum: pœnitens tamé illa. s. intentione, vt certius consiliũ habeat ab ambobus, quam ab altero solum, vere reciperet sacramétum pœnitétiæ. Modus exprimédi personá absoluenté, vel eius actum, in singulari vel in plurali non requiritur

ad

ad eſſentiã ſacramenti. Cum hoc tamen dicit, quod plures ſimul non poſſunt vni preſbytero cõfiteri, quia vt dicit, hoc magis eſt contra ſecretum, quod in foro pœnitentiæ debet ſeruari, quam vnũ pluribus cõfiteri. Et idem, quo ad primũ videtur tenere Petrus de Palude in eadẽ diſt.q.2.ar.1. in expoſitione tertiæ diffinitionis: & Ricardus vbi ſupra dicit, quod licet extra caſum neceſsitatis, vnus non debeat ſimul plures audire: in tali tamen caſu, puta cum mors ita imminet de propinquo, quod vnus poſt aliũ confiteri non poſſet, licitũ eſt nec, ~~ne~~ (vt dicit) hoc euacuat ſacramenti virtutẽ. Hinc eſt, quod ſacerdotes qui ſimul audiũt pueros ad confeſsionẽ, obligatos extra caſum illũ potius præuaricatores, quã confeſſores dicendi ſunt, nec euadunt graue peccatũ. Sed ſi quæratur, an teneatur quis pluries eadẽ peccata confiteri. Concors eſt omnium reſponſio quod confeſsio legitime facta, ſi pertinentia ad eam fuerint obſeruata, non eſt neceſſario iteranda. Et trahitur etiã expreſſe in .c.menſurã. de pœ. diſt.1.§.nõ ita. & per magiſtrũ in diſt. 17.li.4.vbi dicitur. Nõ eſt neceſſe: vt quæ ſemel ſacerdoti cõfeſsi fuerimus, denuo cõfiteamur. Vnum tamẽ eſt quod ſi talis cõfeſſio nõ fuerit legitime facta, & neceſſariis circũſtantionata, poterit reiterari. Imo ꝙ reiteretur eſt neceſſe. Et ideo ſunt aliqui caſus, in quibus cõfeſsio ſacramentalis venit reiterãda: & hi cõmuniter ponũtur quatuor. Primus eſt, propter indiſpoſitionẽ cõfeſſoris ſcitã a pœnitẽte, vtpote quia ignarus, vel nõ proprius, vel excõmunicatus, vel ſuſpenſus, ſeu intruſus, vel conſimili laqueo iuris irretitus: vel quia defectũ iuriſdictionis in parte, vel alias habens. Secũdus eſt, propter incapacitatẽ confitentis: vtpote quia excõmunicatus, nam vt ſic non eſt capax alicuius

Cõcluſio

Caſꝰ quatuor, in quibꝰ reiterãda eſt cõfeſsio.

ſacramẽti,

ſacramenti, & ita neq; abſolutionis, & confeſsionis ſecũdum plurium opinionem. Tertius eſt, cum ſcienter aliquod peccatum mortale abſcondit: vel quia cum propo ſito & volũtate peccandi, & ita ficte accedit: licet ſanctus Thomas in hoc caſu dicat, quod non eſt neceſſariũ reiterare confeſsionem, vt eſt videre per ipſum lib. 4. diſt. 17. q. 3. ar. 4. ſub arti. 1. in pœ. in fi. dato quod de illius dicti ſancti Thomæ intelligentia, varij ſint modi dicẽdi, & de verificatione huius tertij caſus: de quo poterit videri Petrus de Palude. q. 8. illius diſt. & Capreolus ibidem. q. 2. & Cancellarius Parienſis ſua parte ſecunda, in tractatu de reſponſionibus quarũdam quæſtionũ. q. 2. & Adrianus papa in ſuis quæſtionibus ſuper lib. 4. fo. 87. col. 1. & Henricus de Gandauo quolibeto. 7. q. 25. in fi. Quartus caſus eſt, ex congruitate ſaltem, cum nõ adimpleuit pœnitentiam ſibi iniunctá, quia ex contéptu tradidit illam obliuioni. Verum eſt, quod in quibuſdá de his caſibus multum refert, an talis pœnitens confiteretur eidem con feſſori, cui & prius confeſſus fuerit, vel alias: vt videri ha bet per Petrum de Palude lib. 4. diſt. 17. q. 5. ar. 3. & conſo nant alij. Et dato quod aliqui ex ſummuliſtis videantur his quatuor caſibus ſuperaddere quoſdam alios: vtpote propter peccati obliti recordationem. Et etiam propter recidiuationem: tamen hi duo caſus cómuniter, neq; ab ipſis, neq; ab aliis acceptantur: licet ſanctum & ſalubre eſ ſet, necdum in his, verum ſimpliciter, & in omnem caſum, & euentum pluries eadem peccata confiteri: tum ra tione erubeſcentiæ, tum ratione humilitatis, tum ratione bonæ aſſuefactionis, tum propter maiorem reuerentiam dei, & beneficium orationis, & inſtructionis: quia ſacerdos debet ex hoc plus, & pluries pro illo orare, & ipſum

ipſum inſtrúere, vt Ricardus de media villa optime tradit ſuo quolibeto. 3. q. 16. Et vſq; adeo eſt hoc verum, vt toties poſſet quis eadem peccata confiteri, quod penitus expiarentur, ita vt ſic decedens ſtatim euolaret: ſed quia de tali expiatione non conſtat ipſi pœnitenti, ideo adhuc eſſet bonum iterum & pluries (vt diximus) eadem confiteri. Imo dato quod eſſet certus, quod penitus eſſet expiatus, & abſolutus a culpa pariter, & ab omni pœna adhuc eſſet quoq; bonũ & vtile confiteri, ad augmentũ gratiæ, & fortificationem in viribus animæ, & conſimilium: vt optime docet Egidius de Roma quolib. 2. q. 28. Et dato quod talis certitudo eſſet reuelata ipſi confeſſori: adhuc deberet huiuſmodi ſacerdos ſic confitẽti iniungere aliquam pœnitẽtiam, pro cautela, contra futura: vt eſt ſingularis doctrina Ricardi de media villa lib. 4. diſt. 18. arti. 2. q. 2. ad primum.

Exageratio prima

Secunda.

Tertia.


EINDE Debet etiam quarto, prudens confeſſor non ignorare, ad quæ ſe extendat huiuſmodi ars confeſsionis ſacramentalis: quia ad omnia peccata ipſius pœnitẽtis, prout dicitur in dict. cap. omnis vtriuſq; ſexus, quod tamen regulariter exponitur de peccatis mortalibus: quia confeſsio ad hoc eſt neceſſaria, vt pœnitens ſatiſfactionem accipiat ſecundum modum delicti, quæ quidem ſatiſfactio tãtum congruit peccato mortali, prout ſanctus Thomas ſignificare dedit lib. 4. diſt. 16. q. 2. ar. 2. ſub art. 3. & diſt. 17. q. 3. ar. 1. ſub ar. 3. Hinc eſt quod ad cõfeſsionem venialium ſaltem, ex ui ſacramenti, & prout eſt de iure diuino, nemo tenetur (regulariter loquẽdo) & vt ſic: prout ſanctus Thomas ibidem expreſſe tenet. Vtrum tamen teneatur ad id ratione ſtatuti eccleſiæ de ſemel in anno confitendo:

Capitulũ quartum

Cõfeſsio ſacramẽtalis ad q̃ ſe extendat.

Corollarium.

do: opiniones fuerunt. Nam sancto Ioáni Bonauétur æ, in eadem dist. visum est, quod sic, saltem in casu, quod talis pœnitens non haberet nisi venialia: vt pastor diligenter agnosceret pectus gregis sui. Cómuniter tamen & a pluribus acceptatur oppositum, vt videri habet ibi per sanctũ Thomam, vtrobiq; & consonant Scotus, Petrus de Pelude, Ricardus, Gabriel, vt de cæteris taceá: siue Petrus de Palude dicit, quod ecclesia seu Papa, esto quod vellet istud nouum onus fidelibus imponere, nó posset: vt ipse Palude trahit eadem dist. 17. q. 2. ar. 4. Et ideo innoscens autor, talia tantum venialia habés, non tenetur ad eorum confessionem, nisi ratione scrupuli, aut dubij. Nam quando quis dubitat de aliquo peccato an sit mortale, tenetur illud confiteri dubitatione manente. Nam vt sanctus Thomas dicit singulariter in lib. 4. distin. 21. q. 2. ar. 3. ad tertiam, qui aliquid cómittit, vel omittit, in quo dubitat esse mortale peccatum, peccat mortaliter, discrimini se cómittens. Et ideo vt dicit periculo se committit, qui de hoc quod dubitat esse mortale, negligit cófiteri: & consonant ei in hoc, & sanctus Bonauentura, & Ricardus propter quod consulit sanctus Thomas ibidé quod in tali casu non debet simpliciter asserere, illud esse mortale: sed cum dubitatione loqui, & iudicium sacerdotis expectare, cuius est discernere inter lepram & lepram. Et ideo dicit ipsemet. do. s. in suo quolibeto. 9. ar. 15. quod omnis quæstio in qua de peccato mortali quæritur, nisi expresse veritas habeatur, periculose determinatur: quia error, quo nó creditur esse mortale, quod est mortale, conscientiam non excusat a toto. Et cuius error, quo creditur esse mortale, quod non est mortale: ex illo conscientiæ dictamine erroneæ ligat ad mortale: &

le: & hinc est quod intendens peccare mortaliter (vt sic) peccat mortaliter: licet intendens peccare venialiter: non semper peccat venialiter: vt ipsemet sanctus Thomas per pulchre docet in quolibeto.8. ar.15. quod multum anno-tare deberent nimium scrupulosi. Sed quod facit ad propositum est, quod ad confessionem venialium regulariter homo nõ tenetur. Neq; vt pluribus placet, ad id obligatur, etiam ex præcepto ecclesiæ. Ex quo sequitur multo minus tenetur ad illud præceptum de confessione, habens ex priuilegio innocentiam a veniali, vt de domina nostra expresse tenet sanctus Thomas. dist.16. lib.4. q.2. ar.2. sub ar.3. ad tertium. Imo quod plus est, talis teneretur non confiteri: nam prout Scotus dicit in dist.17. lib.4. in fine. si domina nostra post christi ascensionem confiteretur petro, peccaret. Quid tamen agere debeat huiusmodi, qui tantum venialia haberet tempore pascæ, ad implendum præceptum ecclesiæ, & quomodo se habeat præsentare suo curato: videre poteris per sanctũ Thomam lib.4. distin.16. quæst.2. arti.2. sub arti.3. ad tertium: & dist.17. q.3. ar.1. sub ar.3. ad tertium: & consonant ibi & de Palude, & Scotus. Et si quæratur an ars confessionis sacramentalis se extendat ad peccata occulta, & interiora: responderi habet quod sic. Nam cum omnia peccata mortalia sint necessaria confitenda, vt dictum est. Et peccatum mortale cõmittatur in solo consensu interiori mentis, in his saltem quæ de genere suo sunt mortalia, vt sanctus Thomas dicit sua prima secũdæ. quæst.74. artic.10. in pœ. & colligitur etiam ex dictis Matthæi.5. sine ratione peccati, primo & principaliter consistit in actu interiori, quã in exteriori: cum actus exterior ab interiori accipiat rationem peccati: vt theologi Cõclusio.

dicunt lib.2.dist.40.ergo sequitur,quod confessio sacramentalis nec dum se extendit ad peccata exteriora,& publica,verũ ad interiora,& occulta dũ tamẽ sint mortalia: vt Ricar.etiá docet li.4.di.17.ar.2.q.4.Et seraphicus Bonauẽtura eadẽ dis.lectio.3.ar.2.q.2.Et Alexander de ales in.4.part.in materia de cõfessione.q.77.mẽbro.2.ar.3.& cõsonant omnes alij recte sapiẽtes: vt latius videri habet per episcopũ Cauriẽsem in suo cõfutatorio.c.91.cũ sequẽ-

Error. tibus. Ex quo sequitur, quantum aberrent qui dicunt quod peccata,quæ sola volũtate contrahũtur:sola etiam voluntate dimittuntur, vt ex mente Baz. dicere videtur glo.de pœ.dist.prima. cap. si cui. in quem errorẽ dicunt incidisse dominũ magistrũ Exomensem in suo tractatu, seu libello,de cõfessione,& clauibus,ad quẽ confutandũ reuerendus dñs magister Petrus de Prexamo Cauriẽsis episcopus,ædidit librum superius citatum.Et ita tenendum est ꝙ cõfessio sacramẽtalis ad omnia peccata mortalia se extẽdat,etiam interiora,& occulta, dum tamen sint mortalia,ad quod sufficit deliberatus cõsensus rationis, in his quæ ex genere suo sunt mortalia,etiá si non prorũpant ad actus exteriores: vt pertractatur a theolog.lib.4. dist.17. sed copiosius trahitur per episcopũ illũ Caurien sem in illo cõfutatorio.c.91.& sequẽtibus. Et ita licet homo sufficiat ad perpetrandũ peccatũ ex seipso,nõ tamen sufficit eũ ipsum ex seipso expiandũ: vt sanctus Tho.deducit li.4.di.17.q.3. ar.1. sub ar.1. ad tertiũ:licet Petrus de palude eadẽ di. q.2. ar.5. videatur dicere, ꝙ saltẽ directe, ad illud peccatũ interius confitendũ ex præcepto Papæ, & ecclesiæ,nõ teneatur:cũ de illo papa directe iudicare nõ habeat,& ita ex hac parte liceret eius confessionẽ differre vsq; ad mortis periculũ:licet indirecte, teneať etiá semel

in

in anno illud confiteri: vt ibidē dicit: siue actus clauium, qui est soluere, & ligare in foro consciētiæ, principaliter respicit actū interorē, in quo essentialiter est peccatū: vt ipsemet de palude dicit infra dist. 19. q. 2. ar. 3. q. 1. Et nō solū huiusmodi ars cōfessionis sacramētalis se extēdit ad peccata exteriora; pariter & interiora; verū etiá ad peccatorū circunstátias, eas saltem, quæ mutát speciē peccati, vel saltem multū notabiliter aggrauant, vt supra meminimus in. 1. parte huius opusculi: & trahitur per theolo. li. 2. di. 16. Et necdū se extēdit ad peccata quæ memoriæ occurrūt, cum actu quis cōfitetur, verū etiam ad peccata oblita ad memoriá reducta, signáter si a principio in præmeditatus accessit, & ex industria nondū plene conscientia discussa, quia tunc deberet ex toto reiterare cófessionem prius factá, maxime si alteri confiteretur quá prius: alias sufficeret illud oblitū specificare, & alia in genere dicere: vt docet sanct⁹ Tho. lib. 4. dist. 17. q. 3. art. 4. sub art. 2. ad tertiū. Et consonát ibi Ricardus, Gabriel, Scotus, & alij, & de hoc aliud dictū fuit supra, in prima parte, suppositione prima. Et si cófessor habuerit scientiá vel probabilem opinionem de aliquibus, quæ sciuit, vel audiuit pœnitentem cómisisse, quæ ille nō recolit, quia forte non sufficienter discusserat conscientiam suam, vel si recolit, errando non credit illud esse mortale: deberet sibi ea ad memoriam reducere, vel conscientiam deo facere, vt de Palude docet lib. 4. dist. 17. q. 2. ar. 1. Et si (vt dixi) certus fuerit sacerdos de illo, nō debet alias ipsum pœnitentem absoluere, sed potius debet eum reputare indispositū ad beneficiū absolutionis suscipiēdū, dum manet in tali statu, nisi de illo doleat, & veraciter confiteatur. Si tamen cófessor esset dubius de illo, an fuerit mortale, tunc quid

agere debeat pertractatur a goffe. in suo q̃olibeto.9. & cõmemoratur ab archiepiscopo Florẽtino sua tertia par-
Cõclusio te doctrinali.ti.17.cap.20.§.2. Sed si idem confessor audiat duos, quorum vnus dicit se peccasse cum illo altero, ille autem cum cõfitetur, hoc non dicit. Et si in generali possit sacerdos eum interrogare, vtrum aliud cõmiserit peccatum carnis, vel alias. Non tamẽ debet dicere quod ille alius confessus est, nisi prius super hoc habuisset licentiam ab illo quod si habita huiusmodi licentia de tali dicendo, ille alius negat: nõ debet magis vni credere quam alteri: nec propter hoc denegare debet absolutionẽ. Idem sentiendũ est, si plures circũstantias dicit vnus, & necessa-
Cõclusio rias cõfiteri, quod alter negat. Et si curatus aliquorũ parochianorũ sciat inter eos esse aliquod impedimentũ in matrimonio, inter eos contracto, quod probari posit, debet eis reuelare in foro pœnitẽtiali, vel alias: vt vel ipsi procurent diuortium, vel se habeant vt frater & soror: vel saltem denunciet confessor id superiori, subministrans ei probationes: si oporteat. Si tamen huiusmodi scitũ probari non valeat, etiam debet eis dicere, si probabiliter credat eos laborare crassa ignorantia: & quod parati erunt super hoc acquiescere cõsilio bonorũ virorũ: alias taceat: vt Rodorẽ. dicit in summa. Extẽdit se quoq; huiusmodi ars confessionis sacramentalis, etiã ad peccata publica & manifesta, quia licet sint nota sacerdoti, non tamẽ in forma iudicij, nisi per confessionem fuerint ei delata: vt est cõmunis sentẽtia theologorũ lib.4. dist.17. Et Alexandri de Ales sua quarta parte q.77. membro.2. ar.2. Non tamen se extendit ad peccata aliena, sed ad propria tantum iuxta illud psalmi.31. Dixi, confitebor aduersum me iniusticiã meam, & ibi glo. Et Esaiæ, 43. Dic tu iniquita-

tes tuas; vt iuſtificeris, vt expreſſe determinati idem Alexander de Ales loco præcitato. art. 4. Et conſonant ſanctus Thomas lib.4. diſt.16.q.3.arti.2.ſub arti.vltimo. ad vltimum. Et opuſculo.12.q.6. vbi tenet quod homo in confeſsione debet famam alterius cuſtodire quantum poteſt, quia prodere crimẽ alterius, & lędere famá eius, eſt peccatũ quod maxime vitandũ eſt in cõfeſsione, quæ ordinatur ad peccata deléda. Quod tamẽ intelligo verũ, nisi in duplici caſu, prius cũ ſpeciẽ peccati proprij exprimere pœnités non poſsit, niſi exprimẽdo perſoná cũ qua peccauit, vt puta quia cũ ſorore cõcubuit: vel aliud huiuſmodi, ſine cuius expreſsione ſpecies peccati haberi non poteſt: quia tũc magis debet purgare conſcientiá ſuam, quá famá alterius. Eſt quod adhuc tũc debet occultare famá alterius, quantũ poſsibile ei fuerit, vel nõ nominádo perſoná in indiuiduo, vel debet petere licentiá vt alteri ſacerdoti aut ſuperiori cõfiteatur, qui perſoná ignoret. Si tamẽ huiuſmodi licentiá habere nõ poſsit, cũ prius teneatur ſibi quá alteri: oportet illá circunſtantiá, & ſi cũ dolore cõfiteri: vt ſanctus Tho. in locis precitatis dicit, & cõſonat Petrus de Palude lib.4.diſt.16.q.3.ar.3.ad vlt. & diſt. 17.q.2.ar.1.diffinitione quarta. & diſt.21.q.3.ar.2. ſi tamẽ ſpecies peccati exprimi poſsit, ſiue expreſsione perſonæ cũ qua quis peccauit. Et generaliter cũ talis circũſtantia nõ eſt de neceſsitate cõfeſsionis: ſemper eſt ſubticẽda. Secũdus caſus eſt, cũ alienũ peccatũ efficitur propriũ, quia tunc nulli dubiũ: quin fuerit cõfitendũ. Et dicitur peccatũ alienũ effici propriũ quadrupliciter ſcilicet imitando, conſulendo, conſentiendo, & diſsimulando, vt ſingulariter exponit ſanctus Thomas ſuper illud Pſalmi. 18. Ab alienis parce ſeruo tuo. Tenendum igitur eſt, quod

Limitatio.

generaliter loquendo, peccata aliena non sunt dicenda in confesione,nisi quatenus sunt propria. Nec confesso res debēt in huiusmodi interrogationibus esse nimium curiosi, vt supra in prima parte diximus. Vnde cum ad explicandam speciem peccati proprij sufficiat dicere mu lieri in genere, quod fuerit cognita a quodam Prælato, vel a quodam clerico, seu religioso, non oportet vltra perquirere quis is fuerit, nec pœnitens est permitendus vltra descendere ad personam singularem: quin potius in hoc corripiendus, vt sanctus Bonauentura dicit lib.4. distinctio. 21. lectione. 2. arti. 1. q. 3. Et consonant Durandus eodem lib. dist. 16. ar. 4. ad tertium.

Corollarium. Hinc etiam patet quantum aberrent pœnitentes, qui referunt in confessione aliena peccata ad accusationem peccati proprij in pertinentia,& ad quandam potius sui excusationem,ex quadam.s. associatione: quia solatium est miseris socios habere ~~pœnarum~~ malorum: sic multi simplices vt ipsi minus confundantur, accusant omnes vicinos suos, dicentes sumus omnes latrones, vsurarij, periurij,& consimilia: qui & a confessoribus in hoc corripiendi,& instruendi sunt, ne talia referant.

Corollarium. Hinc quoque apparet, quod illi confessores, qui ramusculos in confessionibus inquirunt, & libenter audiunt de aliis malum, & sustinent: vix aut nunquam a peccato detractionis excusari possunt, & nesciunt mederi animabus, dum patiuntur eos, qui veniūt alios accusando, sibi infligere vulnus graue,& alios debentes mundare seipsos fœdant: tales enim grauiter peccant,& inducunt confitenté ad peccandum.

Corollarium. Hinc vltra patet quod non minus delinquunt illi, qui suadent confitenti, quod reuelet eis extra confessionem personam cum qua peccauit, vt possint hoc aliis dicere,

& per

& per confequens alium informare: nifi in cafu, quod fa cerdos fufpicaretur, quod fit perfona, cui pofsit prodeffe, & competens, & vtile fit illum fcire: vt fanctus Bonauentura dicit, vbi fupra. Vel (vt dicit Durandus) nifi effet talis cafus, quem confitens per feipfum tenetur dicere: vtpote fi illud pertineret ad corruptionem multitudinis fpiritualem, vel corporalẽ, vel in graue damnũ alicuius perfonæ, vel fi quid aliud huiufmodi eft, quod quis propalare tenetur, vel teftificando, vel denunciãdo: nam contra hoc debitum quis obligari non poteft per fecreti cõmiffum: quia in hoc frangeret fidem, quã alteri debet: vt fanctus Thomas dicit fua fecunda. 2. q. 68. art. 1. ad tertium. Et. q. 70. ar. 1. ad fecundũ. Et quolibeto. 1. art. 15. Et Robertus holchot fapientiæ. 2. lectione. 24. Et Adrianus 6. Papa quolibeto. 11. fo. 110. co. 4. Adeo, quod fi videam proximum peccantẽ tali peccato, quod teneor dicere fuperiori, licet mihi fuerit cõmiffum fub figillo fecreti, & vltra iuraffem fibi non dicere: non abfoluor: imo dicere oportet, & facienda eft pœnitẽtia de periuro: pro eo quod contra iufticiam iuraui: vt notabiliter dicit fanctus Bonauentura lib. 4. dift. 21. in fi. Et innocentius in. c. quali, & quando, extra de accufationibus. Et Panormitanus in c. fi facerdos. de officio inordi. Ex quibus omnibus ad propofitum patet, quod pœnitens de lege cõmuni celare tenetur perfonam, cum qua peccauit, nifi in tribus cafi bus. Vnus, cum eft neceffariũ ad exprimendũ propriũ. Secũdus, quando eft vtile ad correptionẽ, vel præferuationem illius alterius perfonæ a recidiuo: cum tamen talis reuelatio fiat extra confefsionem alicui perfonæ, quæ pofsit, & velit illi prodeffe, & non obeffe. Nam fi in confefsione nominaretur, vel exprimeretur: tunc non poffet Cõclufio

audiens confessor ad illius correptionem procedere. Tertius est, quando esset vtile ad præseruandũ pœnitentem a recidiuo. Nam potest contingere, quod confessor per cognitionem personæ, cum qua pœnitens peccauit sciret iniungere pœnitenti pœnitentiá talem, & talia ei dare documenta, talesq; facere monitiones, per quæ melius, & secretius pœnitens poterit præseruari a recidiuo: vt docet Ricardus de media villa lib. 4. dist. 21. ar. 5. q. 2. Sed si quæratur, an pœnitens teneatur cõfiteri peccata præcedẽtia, tanquá circunstantias aggrauãtes: respondet Scotus in dist. 22. li. 4. quod licet hoc fuerit vtile, non tamen necessariũ, quod talis cõfessio fiat in spẽm: sed ad grauitaté illam cognoscendam: sufficit dicere in confessione generali, s. seipsum accusare, de multis, & magnis peccatis alias cõfessis. Et licet quis congrue possit cõfiteri peccata, quæ non fecit secundũ rem, fecit tamen secundũ suam æstimationem: quia alias ageret contra conscientiam: nisi ad consilium peritorũ eam deponeret. Peccata tamen, quæ nec in rei veritate fecit, nec secundũ suá æstimationẽ, nullo modo causa humilitatis, vel alias cõfiteri licet: præcipue qñ illud, quod confiteř esset mortale, si fecisset, vt Ricardus dicit lib. 4. distin. 21. art. 3. q. 4. Et consonant alij ibidem.

Cap. 5. Ad cõfessionẽ qs teneatur



EINDE, & quinto, non debet prouidus curatus ignorare, quis ad vsum hu9 artificij, hoc est sacramẽtalis cõfessionis suscipiendũ teneatur: quia (vt dicitur in Lateranensi cõcilio præcitato) omnis vtriusq; sexus, fidelis cũ ad annos discretionis peruenerit, vtpote adultus, vsum ratiõis habẽs, & cognoscẽs peccatũ, quod cõmisit, id nanq; diciř peruenire ad annos discretionis: quæ quidẽ discretio rationis non determinatur tempore tantæ, vel tantæ ætatis: sed quod habeat

habeat ſufficientem ætatem ad cognoſcendum iuſtum, vel iniuſtũ contra legem Dei. Ita, quod in quacunq; ætate, quis cognoſcat peccatum, quod commiſit, iam eſt doli capax: & tenetur ad confeſsionẽ ſacramentalẽ. In multis nanq; (vt inquit Scotus) ante conſuetam ætatem maliciæ ſuplet ætatem, & nedum in malis: quia forte citius habent prudentiam ad malum: propter quod in. c.1. de delictis puerorum dicitur: quod ætas puerilis plena eſt vitiis, ſed etiam in bonis, admodum quo in legenda beatæ Agnetis dicitur, quod fides eius non in annis computabatur. Et ad agnoſcendũ, quando quis ad huius ætatẽ aut diſpoſitionem iam deuenerit, ſubdit Doctor ſubtilis talem regulam. Quando aliquis inſtructus, & ordinate interrogatus percipit diſtincte quid iuſtum, & quid iniuſtum in lege Dei, quod perpendi faciliter ex eo poteſt: ſi ad ordinatas interrogationes ordinate reſpõdeat: ſicut alter iam perfecte adultus ad ſimilia reſponderet.

Et dicitur notanter, quod vſum rationis habentes teneantur ad confeſsionem: quia tali rationis vſu carentes, ad eam non tenẽtur, ſicut nec ad peccatorum cõtritionem: vt pueri antequã huiuſmodi rationis vſum habeant, & etiã naturaliter fatui: & hi, qui & ſi aliquando talẽ vſum rationis habuerunt, poſtea infirmitate aliqua, vel alias illo rationis vſu priuati ſunt in furiã, freneſim, aut dementiam conuerſi: qui durante priuatione rationis, nulli dubium, quod non tenentur ad confeſsionẽ mortaliũ, quæ ante commiſerunt: vt dicit Gabriel: ita, quod non confitendo, non iudicãtur præcepti tranſgreſſores, nec peccãt nouo peccato. Sed in caſu, quod hmõdi rationis impedimentũ fuerit perpetuũ: dicendũ eſſet quod ſi tale impedimentũ, incurrentẽ habuerũt contritionẽ peccatorũ Cõcluſio

mortaliũ

mortalium cõmissorum, priusquam in frenesim, aut dementiam inciderint: tales per cõtritionis gratiá saluabuntur, & propter impossibilitaté excusantur a confessionis præcepto. Si tamen post mortalia cõmissa, nulla contritione præmissa, sic in peccatis deprehensi, inciderint in frenesim, aut dementiá (vt dicit Gabriel) damnabuntur: quia idem iudicium est, ac si in illo instanti fuissent mortui: quoniá tunc clausus est eis terminus viæ, quantum ad meritum, & demeritũ: & completũ est in eis illud Ecclesiastes. 11. Lignum quocunq; loco ceciderit, siue ad austrum, siue ad aquilonem: ibi erit. Imo plus dicunt aliqui, quod si huiusmodi infuriam, aut dementiá incurrerũt, non ex aliqua causa naturali, ægritudine. s. vel alias: sed sponte, & propria voluntate, & dantes operam rei illicite. vt patet de his, qui propter ebrietaté, iram, aut nimium amorem ad aliquam, insaniunt, seu in furiá conuertuntur: cum talis furia passio, aut ignorátia fuerit aliqualiter voluntaria, saltem in sua causa: non omnino, & ex toto excusat actus sequentes a culpa: & sanctus Thomas dicit sua prima. 2. q. 77. art. 7. Notanter dixi, si dabat operam rei illicitæ. Nam si talis daret operam rei licitæ sobrie, aut moderate, tunc bene excusaret sequens peccatum ex toto: vt patet in his, qui exercitio bonarum, & spiritualium operationũ, puta moderate studendo, prædicando, ieiunando de peccatis, interius, exteriusq; lacrimabiliter dolendo, vel alias, in frenesim, aut furiam vertuntur: vt singulariter docet sanctus Thomas lib. 2. dist. 22. c. vlt. in fi. Dixi tamen moderate, & sobrie. Nam si immoderate, & vltra modum nimis excessiuum dans operam rei licitæ in talem furiá, seu frenesim incurreret: forte talis passio, & ignorantia, cum esset culpabilis in sua

causa

causa, & volūtaria, non ex toto excusaret: vt colligitur ex dictis sancti Thomæ lib.4.dist.15.q.3.art.1. sub arti. 2. ad tertium. & dist.17.q.2.ar.3.sub ar.2.in pœ.& dist. 49.q.5. art.5.sub ar.2.ad quintum. Et consonat Iacobus Almañ. Senonensis episcopus in suis opusculis quæstione habita in vesperis, quæstione prima: in corollario secūdo, partis secūdæ illius conclusionis. & cardinalis Caietanus super.2.2.sancti Thomæ.q.147.ar.1.& episcopus Abulensis Matthæi. 6. in floribus.q. 60. satis quoq; confirmat illud diuus Hieronymus: & trahitur in.c.non mediocriter de conse.dist. 5. Cum dicit. De rapina holocaustum offert: qui vel ciborum nimia egestate, vel mendicandi, vel somni penuria immoderate, corpus affligit. Et iterū rationalis homo dignitatem amittit, qui ieiunium charitati, vel vigilias sensus integritati præfert.


ED Quia in concilio illo Lateranensi supra commemorato dicitur, quod omnis vtriusq; sexus fidelis, cum ad annos discretionis venerit, tenetur peccata sua sacerdoti confiteri. Dubitaret aliquis, an infidelis ad id teneatur. Ad quod dicendum, quod non, si confessio huiusmodi sacramentalis fuisset introducta, & instituta duntaxat ex quadá vniuersali ecclesiæ traditione: vt Postilator decretorum dicere videtur de pœ.dist.5. Præceptum náq; ecclesiæ (vt sic) non obligat infideles, neq; ipsi subiiciuntur eius præceptis: vt dicitur in.c.gaudemus.extra de diuortiis: & apostolus.1.ad Corinth.5.dicit. Quid mihi est de his, qui foris sunt iudicare. Et hoc expresse tenet Doctor subtilis Scotus in dist.17.lib.4. Sed glo. illa Postillatoris, tanquá irrationabilis, turpis, & periculose in fide errans, communiter reprobatur a theologis in dist, 17, lib, 4, & signanter a Scoto

Cōclusio de infideli.

a Scoto, & Durãdo, quinimo Durãdus ipse ibidẽ in. q. 8. in pœ. in fi. dicit quod in verbis illi⁹ glo. sunt plures erro res periculosi in fide: & mirũ est (vt dicit) quod in tam so lẽni libro ecclesia sustinuit, & adhuc sustinet tã pernicio-sam glo. Cũ igitur cõfessio sacramẽtalis, de qua nunc lo-quimur secundũ rei veritatẽ, fuerit ex iure diuino, vt ibi dem a doctorib⁹ theologis, & signanter a doctore subtili deducit̃: sequitur secundũ ipsum regulariter, oẽs tam fi-deles, quã infideles tenent̃ ad eam: cũ præceptũ Dei ple-nitudinẽ potestatis habeat vniuersaliter super oẽs: vt Ri

Opinio. cardus dicit li. 4. dis. 17. ar. 2. q. 4. Aliquis tñ ex nr̃is theo logis nitit̃ deducere, quod infidelis, vt sic. s. tẽpore, quo manet infidelis, nunquã obligat̃ ad cõfitendũ: ita quod non cõfitendo, peccet peccato omissionis: patet, quia vel peccat per hoc, quod tenet̃ confiteri de peccatis cõmissis, antequã suscipiat baptismũ: vel quia tenetur baptizari, & baptizatus, habita oportunitate sacerdotis, confiteri. Non potest dici, primũ: quia huiusmodi cõfessio ante ba ptismũ facta, nihil ei prodesset, cum non esset sacramẽta lis: quia cum baptismus sit ianua omniũ sacramentorũ, nullus ante baptismũ est capax alicuius sacramenti: ergo infidelis ante baptismũ non peccat: quia non confitetur peccata sua. Non potest dari secundum: quia bene sequi tur: infidelis iste, puta Plato, pro nunc tenetur baptizari: ergo si baptizaret̃, non tenetur cõfiteri peccata ante com-missa: cum per baptismũ susceptũ fuerint ei omnino di-missa, nec (vt supponimus) postea vlla pro tũc cõmittit, nec haberet quid confiteret̃. Propter quod (vt dicit) non potest dari casus, in quo Plato ille infidelis teneretur con fiteri: ita, quod non cõfitẽdo peccaret peccato omissiõis. Et ita licet peccet: quia non baptizat̃, eo quia tenet̃ sem-

per baptizari: nó tamen manéte infideli, tenetur ad confitendú. Imo hæc propoſitio, infidelis tenetur cófiteri, de rigore (vt dicũt) non eſt vera: cum in infidelitate anteq́uá baptiſmũ recipiat (licet teneať baptizari) non tñ ante ipſum baptiſmũ teneť cófiteri. Neq; talis infidelis mox, vt baptizatur, & ita effectus fidelis, tenetur pro tunc confiteri: quia vel teneret confiteri peccata ante baptiſmum cómiſſa, & hoc non: cum iam ſint ei omnino per baptiſmum remiſſa. Nec etiá eſt dicendũ, quod teneať ad confeſsionem de peccatis futuris, quæ cómittit: quia confeſſio ſacraméntalis peccatorũ præcedentiũ eſt: ergo infidelis nullo modo obligatur confiteri. Neq; peccata infidelitate perpetrata ſunt cófeſsionis ſacramentalis, de qua nunc fit ſermo, quæ fit ſacerdoti: licet bene cófeſsionis interioris, & méntalis, quæ fit Deo per diſplicentiá, & deteſtationem de eis habitá. Et ita dato, quod infidelis eſſet in articulo mortis, nó peccaret per hoc, quod non cófitereť, etiá habita oportũnitate ſacerdotis (vt dicũt) licet bene peccaret per hoc, quod non baptizaretur. Propter quod (vt aiunt) nunquá infidelis obligatur confiteri pro tépore, quo eſt infidelis: quia habita oportunitate baptizandi, ſufficit ei baptiſmus ſine cófeſsione. Et ideo dicunt, nunquam eſt verũ dicere Plato eſt infidelis, & peccat per hoc quod non confiteť: & in hunc modũ dicendi declinat Iacobus Almañ. ſuper lib. 4. Scoti. diſt. 17. q. vnica. art. 1. & etiá ar. 2. Ex quo ſequitur vnum, & eſt, quod infidelis peccator ad baptiſmũ accedés, licet ad remouendá fictionem, teneať dolere interius de peccatis in infidelitate, nó tamen tenetur peccata illa exterius ſacerdoti ſacraméntaliter cófiteri. Et hoc expreſſe determinat ſanctus Thomas ſua tertia parte. q. 68, artic. 6, & hoc propter tres rationes Corollarium.

de

de quibus vide ibid. Et consonat Episcopus Abulensis Matthæi.7.super illud: Nolite sanctum dare canibus.q. 5.in floribu s.Imo plus dicit ipse Abulensis, quod etiam si ipse infidelis velit confiteri ante baptismū, non debet hoc permitti: quia esset mutare ordinem, & naturam sacramentorū. Et confessio illa nihil sibi valeret, neq; etiá sacerdos ab his posset eum absoluere: quia claues sacramentales solum habent exercitiū super fideles. Quod tamen intelligo verum per viam confessionis sacramentalis, ad hoc.s.vt sacerdos de aliquo eorum absolueret, & pro eis pœnitentiam satisfactoriam imponeret. Secus tamen per viam instructionis, & informationis tantum. Quia si aliqui infideles peccatores ad baptismū venientes, ex deuotione vellent sua peccata confiteri: audienda esset eorum confessio, vt contra peccata consueta, eis specialis aliqua instructio, cautela, & vitæ informatio traderetur: vt sctūs Thomas singulariter dicit tertia parte. q. 68.ar.6. in pœ.in fi. Neq; ad deletionem illorum peccatorum, quæ in infidelitate ab eo perpetrata fuerát requiritur vlla alia satisfactio. Quia, vt Ambrosius dicit super epistolam ad Roma. & trahitur a magistro dist. 4. lib.4. & a Gratiano de confe. distin.4. siue pœnitentia. Gratia Dei in baptismo non requirit aliud opus: sed gratis omnia condonat. Quod tamen intelligo esse verum, de delictis cótra Deum. Secus de cōmissis contra proximum, siue sit iniuria illata, siue damnum datum, vel aliud simile, per quod fuerit restitutioni obnoxi⁹. Nam in talibus huiusmodi infidelis etiam baptizatus, si commode potest, tenet restituere, nec per baptismum a tali obligatione restitutionis absoluitur: vt dicit episcopus Abulensis loco prius citato Matthæi, 7, q, 5. in floribus: de quo tamen

Limitatio. (margin, beside "tamen intelligo verum")

Limitatio. (margin, beside "lictis cótra Deum")

men memini me latius ſcripſiſſe in tractatu, quem ædidi de ceſſaſsione legaliũ, & baptiſmi inſtitutione. Ex quo ſequitur vltra, quod cum dicitur, infideles tenentur confiteri peccata ſua, ad hunc ſenſum intelligi, & interpretari poteſt, quod cum confesſio ſacramẽtalis peccatorũ (vt patet ex dictis) nõ ſit ex iure poſitiuo eccleſiæ: ſed potius ex iure diuino. Et Deus ipſe ſit Domin⁹ vniuerſalis omnium tam fideliũ, quá infideliũ: præceptũ eius de confitendo peccata ſacerdoti, oẽs generaliter obligat. Et ita, ſicut fideles non confitẽdo peccata ſua ſacerdoti peccát. Ita infideles non ſuſcipiẽtes ex proteruia legem Euangelicá, eiuſq; ſacramẽta a Chriſto legislatore inſtituta peccant, tanquá diuini iuris, & præcepti tráſgreſſores. Et excuſationem nullá habent de peccato: vt dicitur Ioan. 15. Sed quia infideles cum actu baptiſmũ ſuſcipiunt, in ipſa baptiſmi ablutione æquiualenter, imo eminenter viſi ſunt confiteri omnia peccata ſua. Ideo nulla eſt eis cõfeſsionis vocalis neceſsitas: propter rationes, de quibus ſanctus Thomas: tertia parte. q. 68. ar. 6. Neq; requiritur, quod infidelis peccata commiſſa cõfiteatur ſacerdoti ante baptiſmum: quia eſſet peruertere ordinem, & naturam ſacramentorum: vt Abulẽſis vbi & ſupra diſſerit. Satis quoq; videtur in confirmationem huius, facere dictum ſancti Doctoris ſuo lib. 4. diſt. 17. q. 3. ar. 1. ſub ar. 3. in pœ. Cum dicit, quod ad confeſsionem prout eſt ex iure diuino, & ex hoc, quod eſt medicina, non oẽs tenentur: ſed illi tantum, qui peccatum mortale incurrunt poſt baptiſmum. Et conſonat Petrus de Palude ibidem. q. 2. artic. 4. quæſtione prima. Hinc etiam ſequitur vltra, quod cum dicit angelus de Claua. in ſua ſumma cõfeſsio. 2. §. 2. quod infidelis non cõfitens mortale peccatum cõmiſſum tam

Corollarium.

Corollarium.

ante baptiſmum, quam poſthabita oportunitate omnino dánabitur: niſi prædicto, vel alio pio modo interpretetur. Et videtur exceſsiue dictum: & aliquibus (ſaltem min⁹ peritis) poſſet eſſe occaſio errandi. Vt dicerét, quod nuper conuerſi ad fidem, niſi confiteantur ſacerdoti peccata in infidelitate cómiſſa, nequeant ſaluari: ſicut & diebus noſtris quibuſdam idiotis quæſtoribus accidit.

falſum eſt

Corollarium. Hinc ſequitur vltra, quod cum præceptũ de confeſsione ſacramẽtali (vt ex dictis patet) ſit de iure diuino, quod etiam Papa tenetur ad illud, vt ſanctus Thomas dicit libro.4.diſt.17.q. 3.ar.1. ſub.ar.3. ad ſecundum. Et Ricardus.ar.2.q.4.ad tertium. Et conſonant alij. Et Panormitanus in. c.omnis vtriuſq; de pœ. & re. Neq; poteſt cum aliquo diſpenſare, vt non confiteatᷣ ſimpliciter: cum hoc fuerit diuinum. Benę tamen, quod confeſsionem ſacramentalem differat vltra annũ: quia hoc eſt humanum, & ex eccleſiæ præcepto: vt ſanctus Thomas deducit lib. 4.diſt.17.q.3.ar.1.ſub ar.5. Et de Palude.q.2.ar.6. Et Durandus ibi.q.9.art.2. Et Ricardus ar.2.q.4.ad tertium. Si tamen infra annũ contingeret caſus mortis periculi, vel conſimilis, de quibus ſupra: in quo eſſet neceſſarium implere præceptũ de confeſsione: tunc nec ex Papæ diſpenſatione differre poteſt: quia ſic non habet locum ſua diſpenſatio: vt de Palude, & Durandus dicunt vbi ſupra. Et Auguſtinus de Anchona in de poteſtate Papæ. quæſtio.65.articu.5.

Corollarium. Hinc ſequitur vltra, quod minus congrua eſt poſitio Panormitani, qui in cap. omnis vtriuſq; ſexus, tenuit confeſsionem ſacramentalem non eſſe de iure diuino: ſed de iure poſitiuo eccleſiæ cum gloſſ. illa de pœniten. diſtinct.5. quæ tamen ſupra, vt turpis, & male ſonans punctuata eſt. Et ad longum reprobatur auto-

re ſubtili Scoto, & a Gabriele, & epiſcopo Senonenſi, & a tota fere catherua Theologorum in diſtinctione decimaſeptima. libro quarto.

Cap. 6. De ſecreto confeſſionis.



EINDE, & ſexto, non debet prudens confeſſor ignorare, quanto cum ſecreto debeat ſuſcipere, & ſuſcepta retinere illa omnia, quæ ſibi fuerint in cõfeſsione detecta. Cum ad id teneatur triplici iure naturali, ſcilicet, diuino, & Eccleſiæ, poſitiuo. Duo prima multipliciter deducuntur a Scoto, Ricardo, & Gabriele in libro quarto diſtinctione vigeſima prima: & conſonant Thomas, Palude, Durandus, & alij. Tertium vero patet ex capitulo. omnis vtriuſq; ſexus. de pœniten. & remiſ. vbi dicitur. Caueat ſacerdos ne verbo, vel ſigno, vel alio quouis modo, prodat aliquatenus peccatorem. Qui peccatum in pœnitentiali iudicio ſibi detectum præſumpſerit reuelare, non ſolum a ſacerdotali officio deponendum decernimus, verum etiam ad agendum pœnitentiam perpetuam, in arctum monaſterium detrudendum. Item de pœ. diſt. 6. a magiſtro diſt. 21. lib. 4. cap. vltimo dicitur. Sacerdos, qui ſibi in cõfeſsione detecta reuelauerit, deponatur, & omnib⁹ diebus vitæ ſuæ ignominioſus peregrinando pergat. Hinc eſt, quod in huiuſmodi celatione, neq; adhuc Papa diſpenſare poteſt: vt ſanctus Thomas tenet lib. 4. diſt. 21. q. 3. arti. 1. ſub ar. 1. ad ſecundum. Et conſonant ibi Durandus, & de Palude. Quod vſq; adeo verum eſt: vt in quolibet caſu, & in omnem euentum, id obſeruandũ eſſe dicatur. (Corollarium.) Hinc eſt, quod propter ſuperioris præceptũ, etiam excõmunicationis latæ ſententiæ, ſacerdos nullo modo reuelare habet ſibi in confeſsione detecta: ut oſtendit ſanctus Thomas lib. 4. diſt. 21. q. 3. ar. 1. ſub ar. 1. ad ſecundũ. Et quoli- (Corollarium.)

beto.1.art.15. Et consonant ibi de Palude, Ricardus, Scotus, Gabriel, & Capreolus. Et Panormitanus in cap. dilectus. extra de excessi. prælа. Hinc est etiam, quod propter testimonium in iudicio ferendo, etiam iuraméto valatum, non est reuelandum in confessione detectum: vt deducitur a sancto Thoma lib.4. dist.21. q.3. ar.1. sub art. 1. ad tertium. Et secunda secundæ. q.70. ar. 1. ad secundũ. & fauente ei de Palude, & Ricardus ibidem: & Gabriel ibi ad argumentũ in tertio casu.

Corollarium. Hinc est quoq, quod confessor celare tenetur sibi detecta in confessione, quantuncunq vergere videantur in damnum, periculum, & corruptionem multitudinis, siue spiritualem, vel corporalem: vtpote, quia scit crimine hæresis fidelium plebem corrumpi, & deuastari, aut ciuitatem, vel rempublicam in proditionem, & in manus hostium deuenire: vt sanctus Thomas deducit lib.4. dis.21. q.3. ar.1. sub ar.1. ad primum. Et Durandus ibi. q. vltima ad vlti. Et Scotus, & Gabriel ibidem ad argumentum in primo casu. Et ideo reprobandum esse dicunt versum illum iuris. Est hæresis crimen: quod nec confessio celat.

Corollarium. Hinc est, quod nec prælatus potest amouere subditũ ab officio, propter peccatum ab eo auditum in confessione: vt sanctus Thomas docet lib.4. distin.21. q.3. arti.1. sub arti.1. ad tertium: in medio, & ad quartum, & latius in quolibeto.5. arti.13. Et de Palude lib.4. distin.21. q.3. arti.3. quæstio.3. Et Gabriel ibi ad argumentum in secundo casu. Et Henricus de Gandauo quolibeto. 8. q. 29.

Corollarium. Hinc est vltra, quod nec propter periculum corporale ipsius confessoris, & mortem subeundam, non debet sacerdos verbo, nutu, vel signo aperire sibi detecta in confessione: vt tenet Scotus libro, 4, distinctio, 21, ad tertium, & Gabriel ibi ad argumentũ

gumētum in quarto caſu.& Ricardus ar.4.q.2.ad quintum. Hinc eſt, quod ſacerdos habens mortale peccatū, de quo non poſſet confiteri, niſi reuelaret confeſsionē ſibi factam: non deberet tale peccatū confiteri: ſed tantum de eo conteri, cum voluntate confitēdi illud, quādo hoc poterit facere, ſine reuelatione illius perſonæ, quæ ſibi cō feſſa eſt, & ſine præiudicio vllo ſigilli confeſsionis. Et ſi talis oportunitas nunquam ſe offerat: erit caſus impoſsibilitatis ad confitendū: vt optime deducit Petrus de Palude lib.4.diſ.21.q.3.ar.2.q.2. Et Scotus ibi ad quartum. Et Gabriel ibi ad argumentum in quinto caſu: & Ricardus ibi.ar.4.q.2.ad ſecundum. Hinc eſt, quod non teneor, nec licet mihi vitare eum, quem per confeſsionem ſcio excommunicatum: vt tenet Doctor ſubtilis lib.4.distin.21.ad vltimum. Hinc eſt etiam, quod curatus, propter ſcita in confeſsione, non poteſt negare communionem, quādo alias eam tenetur dare, puta in Paſcate: alias ſic ſaltem dicēs in ſecreto, non teneor nunc tibi dare: non tamen obiiciens ei de crimine confeſſo: vt docet Petrus de Palude lib.4.diſtin.9.q.4.quæſtione prima. Et diſtin. 21.arti.vltimo.quæſtio.3. Hinc eſt etiam, quod curatus (ſaltem in publico) non poteſt negare benedictionē nuptialem illis, inter quos ſcit per confeſsionem eſſe affinitatis, vel conſanguinitatis impedimentum: licet in occulto & monere poteſt & negare illis, quibus alias non tenetur, ſi per hoc confeſsio non reuelatur: vt de Palude tenet ibidem. Hinc eſt vltra, quod Epiſcopus non debet denegare benedictionem moniali petenti, quam per confeſsionem eiuſdem, vel corruptoris, aut alterius ſcit eſſe corruptam in caſu, in quo alias teneretur: ſecus ſi alias non teneretur: vt ibidem de Palude deducit. Eſto,

Corollarium.

Corollarium.

Corollarium.

Corollarium.

Corollarium.

quod si per solam confessionẽ sciat aliquem indignum, quem alias dignum putabat, non deberet ipsum eligere: vt ibidem subit: de quo tamen vide amplius ibi. Hinc est, quod sacerdos, cui aliquis confitetur, se occisurum alterum, quem nominauit: non poterit dicere illi, cui minatus est, caueas tibi: quidam minatur tibi necem: si ex hoc timeatur, vel scandalum, aut confessionis proditio: de quo vide Henricum de Ganda. quolibeto. 8. quæstione. 31 Hinc est etiam, quod pœnitens tenetur celare pœnitentiam sibi iniunctam, si ex eius reuelatione timetur præiudicium fieri, vel famæ propriæ, aut confessori: secus si alias: vt Ricardus dicit libro. 4. distinctio. 21. arti. 5. q. 3. & consonant de Palude, Gabriel, & alij. Vtrum tamen teneatur quis celare personam, cum qua quis peccauit: ibidem pertractatur a theologis: ad quod tamen respondendum esset cum distinctione de qua supra. Et si quæratur, quis teneatur ad sigillum cõfessionis: dicendum, quod & confessor, & is omnis, ad quem confessio peruenit licite, vel illicite: mediate, vel immediate. Et ita interpres, & laicus in necessitate confessionem audiẽs. Et pro cõfessore se fingens. Et latenter abscultans, vel casu, seu proposito audiens. Et sacerdos ante absolutionem, imo etiam absoluere non potens. Et is, cui de licentia confitentis, in confessione dictum fuerit reuelatum. Et etiam ille, qui aliter audiens, recepit tamen quasi in confessione: vt ad longum videre est per Thomam, Petrum de Palude, Ricardum, Scotum, Albertum, Durandum, Gabrielem, & alios theologos libro. 4. distinctio. 21. Et licet confessionis sigillum directe non se extendat, nisi ad ea, quæ cadunt sub sacramentali confessione: cuiusmodi sunt peccata, & peccatorum circunstantiæ,

Corollarium. Corollarium. Cõclusio Cõclusionis solu.

tiæ, vt Durandus ibi dicit: indirecte tamen etiam ſe extendit ad alia omnia, per quæ poſſet, vel peccator confitens, vel eius peccatum, quoquomodo deprehendi: vt ſanctus Thomas, Ricardus, Scotus, & alij ibidem exponunt. Si qua tamen ſint, quæ confitens confeſſori narret extra huiuſmodi, quæ nullo modo poſſunt peccatũ, nec confitentem manifeſtare: bene poſſunt reuelari, vt Ricardus dicit. Quid tamen interſit inter ſigillum confeſsionis, & ſigillum ſecreti, & an habita ſub ſigillo ſecreti in caſu, quod is, cui cõmittitur, producatur in teſtem, vel id vergat in detrimentum ſpirituale, vel temporale boni communis, poſsit reuelari: & ſcita per confeſsionem, & alias valeant detegi: videre poteris per theologos lib. 4. diſtin. 21. & per decretiſtas in cap. omnis vtriuſq; ſexus. de pœnitẽ. & re. & per Cardinalem de turre Cremata, & alios de pœ. diſtinctio. 6.



EINDE, & ſeptimo, non debet diligens ſacerdos pro iniungendis pœnitentiis ignorare canones pœnitẽtiales, quæ ſunt velut quædam regulæ generales ad pœnas pro peccatis a ſanctis patribus imponendas. Alias ſi cõfeſſor huiuſmodi regulas, & canones ignoret: vix nomen ſacerdotis in eo conſtabit: vt Auguſtinus dicit, & trahitur in capitu. quæ ipſis. 38. diſtinctione. Cuius ratio eſt, quia licet pœnitentiæ hodie ſint arbitrariæ, vt dicitur in capitulo tempora. & capit. ſi hoc. 26. quæſtione. 7. Et in capit. menſuram. de pœniten. diſtinctione prima. Arbitriũ tamen iſtud, iuxta ſanctum Thomam, non debet eſſe phantaſticum, ſed potius diuino inſtinctu regulatum. In vſu nanq; clauiũ eccleſiæ ſacerdos ipſe operatur, ſicut inſtru-

Cap. 7. De pœnitentiis iniũgẽdis

mentum, & minister Dei. Et ideo ad hoc, quod efficaciter operetur: oportet moueri a principali agente, quod est Deus. Propter quod, si sacerdos ad arbitrium sui capitis, præter motum diuinũ vti sua potestate præsumpserit, & ipse a diuino ordine auertetur culpá incurrens, & vltra non consequitur effectus: velut si minister medicinaliter adhiberet aliam medicinã ægroto, quá præcipit ars medicina, & medicus: grauiter talis offenderet, & medicum, & etiam ægrotũ. Vnde, quia pœnæ satisfactoriæ infligendæ sunt, tanquá medicinæ quædá, vt dicit̃ secundo ethicorũ: sic medicinæ in arte determinate non cópetunt omnibus: sed variandæ sunt secundum arbitrium medici, non propriam voluntatem sequentis, sed medicinæ scientiam: ita pœnæ satisfactoriæ in canone determinatæ, non competunt omnibus: sed variandæ sunt secundum arbitrium sacerdotis, diuino instinctu regulatum. Et licet sacerdoti non constet, nisi casu, vel per miraculum speciale (vt dicit Scotus) de voluntate Dei: quantam, scilicet, pœnam vult infligere pœnitenti: tamen, vt Doctor sanctus dicit, pensatis pensandis potest sibi constare quanta pœna est sibi in hoc seculo expediés: & hoc sufficit ad rectum arbitrium. propter quod, siue sacerdos discrete se habeat in iniunctione pœnitentiæ, siue non: nihil diuersificatur quantum ad officium sacramenti. Et semper remanet reatus ad pœnam eiusdem quantitatis in iudicio Dei. Et ideo si pœnitens eam hic non explet, ab eo in Purgatorio exigetur: prout Doctor sanctus dicit libr. quarto. distinctione vigesima. Hinc est, quod si sacerdos imponat pœnitentiã maioré condigno: pœnitens tenetur eam implere, si possit in hoc seculo: sed si decedat, nó exigetur in alio seculo, quod totam exsoluat

exsoluat: sed quantum sufficiat ad expiandam pœnam in iudicio dei taxatam, & sibi debitam. Similiter si sacerdos minorem imponat, non exigitur quod maiorem exsoluat hic: sed in alio sæculo exigetur: prout doctor. sanctus in eadem dist. 21. lib. 4. dicit. Hinc est vltra, quod ad rectum arbitrium cõfessoris non exigitur quod semper imponat pœnam condignã pœnitenti: sed sufficit quod iniungat quantam expedit ei pro nunc, consideratis regulis patrũ, & dispositione pœnitentis. Hinc est etiam quod sacerdos in iniungendis pœnitentiis (vt supra meminimus) non solum debet habere respectum ad debitum pœnitentis exsoluendum, verum ad remedium, & pœnitentis & aliorum contra recidiuationem præstãdũ. Corollarium. Corollarium. Corollarium.
Hinc est vltra, quod prudẽs confessor minorem pœnitentiam condigno iniungens aliquando, ex industria nedum non peccat, verum plus prodest pœnitenti quã noceat: quia forte a magnitudine pœnæ, posset a pœnitẽtia peragenda impediri, propter debilitatem virtutis, & ita negligit minus dãnum, vt maius euitet. Et etiam quia diuinus amor paulatim in eo confortatus, incitabit eum ad plura opera pœnitentiæ sponte peragenda, qua sacerdos sibi secundum quantitatẽ peccatorum iniungere potuisset: prout angelicus doctor docet lib. 4. dist. 20. art. 2. sub arti. 2. ad tertiũ. Nam sic prius ignis, a multis lignis suppositus, facile extinguitur: ita posset cõtingere, quod prius affectus contritionis in pœnitenti nuper excitatus, propter graue onus pœnitentiæ extingueretur, peccatore totaliter desperãte: vt latius pertractatur a sancto Thoma quolib. 3. ar. 28. Vnde sic in scientiis praticis, & moralibus, sermones vniuersales sunt veri, nequaquam tamen clari vt dicitur Sexto ethicorũ: quia cum aplicantur

ad particularia, & casus singulares, incipiunt quodámodo habere incertitudiné: sic in proposito canones pœnitétiales, instruant sacerdotem in generali, quomodo fuerit pœnitétia imponenda: sed descensum ad singularia prouidis & discretis confessoribus relinquunt, qui consideratis circunstantiis personarum, & criminum, attendentesq; ad canones patrum sic ad vias directiuas in vniuersali: talem pœnitenti iniungunt pœnitentiam: qualem cernunt ei pro nunc ad salutem expedire. Licet ergo sacerdos non debeat semper imponere pœnitéti pœnitentiam taxatam in canone, quin potius ex causa posit eam augere, vel diminuere: regulariter tamen loquendo semper debet eam sibi innotescere, & insinuare: vt agnoscat grauitatem culpæ, vt sanctus Bonauentura dicit. Moderandæ igitur & regulandæ sunt pœnitentiæ a prouido confessore, secúdum regulas patrum, prospectis animis pœnitentium, hoc est consideratis circústantiis personarum, temporú, locorum, ætatum, qualitatum criminis, & aliorum vt dicitur in cap. cósideret de pœ. dist. 5. & 26. q. 7. tempora. Et glo. in cap. si is. 23. q. 4. alias pœnitentias quæ potius ad beneplacitum sacerdotis, quam secundum autoritatem sanctorú patrum pro qualitate criminum imponuntur, falsas, temerarias, & dolosas pœnitentias esse dicimus: vt dicitur in cap. falsas de pœni. dist. 5.

Et ideo in cap. nulli. 38. dist. dicitur nulli presbytero liceat aliquid facere: quod posit patrum regulis obuiare. Ob id quoq; Hieronymus. 24. q. 1. dicebat non afferamus stateras dolosas, non appendamus quod volumus, dicentes hoc graue est, hoc leue: sed afferamus diuinam stateram ex scripturis sanctis, tanquam de thesauris dominicis, & in illa quid sit grauius ostendamus. Videat

ergo

ergo ſacerdos,& caute proſpiciat, quod vbicunq; pœna a iure expreſſa eſt,non omittat eam imponere, niſi neceſſitas vel aliqua cauſa rationabilis aliud ſuadeat:quia tũc poteſt eam aggrauare, vel mitigare: vt dicit gloſ. in cap. menſuram de pœni. diſtin. prima. &. 26. q. 7. tempora. Vbi autem non eſt pœna a iure impoſita, & expreſſa: ibi arbitrio ſuo eam ſtatuat,prout viderit expedire. Ad hoc, itaq; vt ſacerdos circa huiuſmodi pœnitentias diſpenſando: cautius arbitrando ſe habeat, præmittendum duxi canones quoſdam pœnitentiales, in quibus certe pœnitentiæ a iure imponuntur: ad aliqualem informationem ſimplicium ſacerdotum, curam animarum habentium.

CANONES POENITENTIALES.



RIMVS CANON HABEtur.82.diſt.cap. preſbyter. Et eſt quod preſbyter publicus fornicator pœnitentiam decem annorum faciat, ſit carcere incluſus, ſacco indutus, humi proſtratus, miſericordiam iugiter implorans tribus primis menſibus continuis, in pane & aqua a veſpera in veſperam ieiunet:exceptis diebus dominicis, & præcipuis feſtiuitatibus, in quibus modico vino, piſciculis, & leguminibus recreet, poſtmodum de carcere exiens, non tamen in publicum procedens, ne grex fidelis in eum ſcandalum patiatur,anno vnò & dimidio in pane & aqua pœniteat: dominicis diebus,& aliis feſtiuitatib⁹ exceptis, in quib⁹ vino & ſanguine ouis,& caſeo reficitur, Deinde particeps fit ſanguinis

domini, & ad pacem, & ad psalmos cum aliis fratribus cantandos, vltimus in choro admittitur, dum tamen ad cornu altaris non accedat, sed tantũ minorum ordinum officia gerat. Post septimi anni expletionem, tres dies: secunda scilicet quarta, & sexta feria, exceptis quinquaginta diebus paschalibus, in pane & aqua ieiunet. Secundá tamẽ vno psalterio, vel denario potest redimere postea.

Episcopus eum ad gradum pristinum reuocare potest: ita tamẽ quod in tribus annis subsequentibus, omni sexta feria, nulla interueniente misericordia, in pane & aqua ieiunet. Idẽ pro adulterio vel incestu. Imo (vt quibusdá placet) pro quolibe. crimine, quod depositionẽ inducit.

Secundus canon ponitur. 30. q. 1. si quis sacerdos, &. c. non debet. Et est, quod sacerdos cognoscens carnaliter filiam suá spiritualem, quam. s. baptizauit, vel confirmari fecit, vel in poenitentia audiuit poenitentiá. 12. annorũ agere debet. Et si in publicũ prodierit deponendus. Episcopus vero sic peccans. 15. annis poeniteat. Mulier vero religioni tradenda, rebus suis pauperibus erogatis.

III. Ponitur in. c. clerici de exce. præ. Et est, si quis contra naturam peccauerit. Si est clericus deponi debet vel religioni tradi si incorrigibilis appareat ad perpetuá poenitentiam peragendam: si laicus excõmunicari & a cetu fidelium vsq; ad condignam satisfactionem debet fieri alienus: hoc enim vitium maius est quá si quis matrem cognosceret. 32. q. 7. adulterij.

IIII. Ponitur in cap. non oportet. 30. q. 3. Et est, quicunq; filiam spiritualem quá de fonte leuauit, vel alias. Aut comatrem suam cognoscit, per septem annos poeniteat. Et similiter ei consentientes.

V. Ponitur. 30. q. 4. in cap. si pater. Et est, quod qui cognoscit

cognoſcit duas comatres, vel ſorores, ſiue viuat vxor, ſiue non, adminus ſeptem annis vel octo pœniteat. Et in cap. ſi quis cum duabus. & in cap. ſi quis cum matre. 34. q. vlti. vbi ignoranter cognoſcens duas ſorores, vel matrem, vel neptem, vel amitá, vel filiam: eadem pœnitentia ſeptennis imponitur: ſi autem ſcienter, priuatur perpetuo coniugio.

VI. Ponitur in cap. accepiſti, extra de ſponſ. duorum. Et eſt, ſi quis accepit deſponſatam, vel nuptam alteri. 7. annis & per. 40. dies pœniteat. eamq; dimittat.

VII. Ponitur in cap. de filia. & cap. deuotam. Et eſt, ſi quis cognoſcerit deuotam, vel monialem, a cómunione priuetur: & ſeptem annis pœniteat. Et ipſa ſimiliter: & habetur. 27. q. 1.

VIII. Ponitur in cap. hoc ipſum. 33. q. 2. Et eſt, quod inceſtuoſus, vel qui cum brutis coierit: pluſquá ſeptem annis pœniteat.

IX. Ponitur in cap. ſi qua fuerit vidua. 31. q. 1. Et eſt, quod ducens in matrimonium quam polluit per adulterium, quinq; annis pœniteat.

X. Ponitur in cap. ſi vir. 27. diſt. Et eſt, quod ſimplex votum violans, tribus annis pœniteat.

XI. Ponitur in cap. de illis. 11. q. 3. Et eſt, quod excommunicatus celebrans triennio pœniteat. &. 2. 4. &. 6. feriis a vino & carnibus abſtineat.

XII. Ponitur in cap. Accuſaſti extra de accuſa. Et eſt, qui iniuſte alium ad mortem accuſat: ſi accuſatus fuerit occiſus. 40. diebus in pane & aqua per ſeptem ſequentes annos pœniteat: ſi vero in mébro truncatus per tres quadrageſimas pœniteat.

XIII. Ponitur in cap. Admonere. 33. q. 2. Et eſt, quod

vxori

uxoricida vel monasterium intret, vel in mundo perpetuam pœnitentiam agat, vinum. s. neq; siceram [illegible] bibens, carnes nunquam manducans nisi in pascha[illegible], & natiuitate domini: in pane, & aqua, & sale, ieiuniis, & orationibus intentus viuat: armis nunquam cingatur, nec litigare præsumat &c.

XIIII. Ponitur in cap. 2. extra de pœ. & re. vbi dicitur, quod interficiẽti presbyterum, duodecim annorum pœnitentia imponatur.

XV. Ponitur in cap. latorẽ. 33. q. 2. Vbi dicitur, quod qui matrẽ occiderit. 7. annis pœniteat: ita vt per annum integrum ecclesiá non ingrediatur, sed præ foribus stet: post quod ecclesiam intret, sed non ad cõmunionem admittatur, vsq; ad triennium, oblationes non offerat, carne & vino abstineat, arma non sumat, pedestris proficiscatur, tribus diebus in hebdomada ieiunet &c.

XVI. Ponitur in cap. miror. dist. 50. vbi homicida volũtarius sine spe restitutionis deponitur. Et si episcopus 15. annis pœniteat: presbyter. 12. diaconus. 10. clericus & laicus. 7. in cap. si quis.

XVII. Ponitur ibi in cap. Eos, & duobus sequẽtibus. vbi homicida casualis per. 5. annos pœniteat: sed si id factũ est propter necessitatẽ euitabilẽ, per duos annos pœniteat: vt ibi in. c. de his clericis. Si tamẽ esset ineuitabilis, in vllo imputaretur, ibi in. c. quia te. Et hoc est verũ quo ad peccatũ, sed quo ad cautelá, & innocentiá suá ecclesiæ ostẽdendá, bonũ est pœnitere: vt in. c. 2. de homi. volũ. §. fi. Sed occidẽti per infamiá nõ imputatur. 3. q. 9. Iudicas. Qui vero intuitu disciplinæ, incaute percutiẽdo occidit: deponitur vt in. c. presbyterũ de homicidio. Et etiá qui ligatum latronẽ interficit: vt ibi in cap. suscepimus.

XVIII. Ponitur in cap. quicunq;.6. q.1. Vbi dicitur, quod periurus.40.dieb⁹ in pane & aqua, & per.7.sequẽtes annos pœniteat. Et idẽ de inducente consulente, & cogente vt habetur.22.q.5. qui conpulsus &c.

XIX. Ponitur in capit. vt mensuræ, extra de emptione & vendi. Vbi qui vtitur falsis mẽsuris, & pondere.30. dies in pane & aqua pœniteat. Sed falsificator literarum apostolicarum si laicus excommunicatur, si clericus deponitur, & degradatur in cap. dura. & cap. ad audientiã & cap. ad falsariorum extra de crimine falsi.

XX. Ponitur in cap. Relatum. de cõse. dist.2. Vbi qui celebrat, & non cõmunicat, vno anno pœnitere debet, & interim a celebratione cessare.

XXI. Ponitur in.c. nemo per ignorantiã. de cõse. dis.1. Vbi inuoluens mortuũ in palla altaris. Si sacerdos.10.annis pœniteat: &.5. mẽsibus. Diaconus triẽnio & dimidio.

XXII. Ponitur in in.c. omnis vtriusq; sexus. vbi sacerdos signo, verbo, vel nutu cõfessionẽ reuelãs, detruditur in monasterium ad perpetuam pœnitẽtiam agendã. Vel depositus peregrinando ignominiosus pergat, cunctis diebus vitæ suæ de pœniten. distin. 6. Sacerdos.

XXIII. Ponitur in cap. statuimus extra de maledicis. Vbi maledicus, aut publice deum vel sanctos blasphemans: septẽ diebus dominicis præ foribus Ecclesiæ stãs, corrigia circa collum ligatus, in sextis feriis pane & aqua ieiunet, ecclesiam nullatenus ingressurus, & illis diebus aliquos pauperes reficiat &c.

XXIIII. Ponitur in.c. de his.12. dist. Vbi discrepans a cõsuetudine metropolitanæ & propriæ ecclesiæ in dicendis horis canonicis, cæterisq; officiis diuinis: sex mẽsibus cõmunione priuatur: si ex contemptu id agat.

XXV. Ponitur in capitulo Episcopus. distinctio.74. Vbi ordinans clericum inuitum, sine iusta causa, vno anno suspenditur.

XXVI. Ponitur in capitulo primo extra de sortilegis. Vbi dicitur, sortilegus quadraginta diebus pœniteat. Et clericus qui in astrolabis videt per annũ, & amplius, ab altaris participatione suspenditur, vt dicitur ibi in capitulo ex tuarum.

XXVII. Ponitur in capitulo filiis. 16.q.7. Vbi patronus, qui res ecclesiæ dilapidat, annuam excõmunicationem sustineat.

XXVIII. Ponitur in capi. Non liceat.26.q.5. Vbi lustrationes, aut mores, & diuinationes gentilium obseruans. 5. annis pœnitere mandatur.

XXIX. Ponitur cap. Si quis domũ extra de iniuris. Vbi voluntarie domum, vel aream subcendens, debet omnia sublata restituere, & tribus annis pœnitere.

XXX. Ponitur in cap. Qui sacramento. 22.q.4. Vbi qui iurat nõ facere pacem cum proximo suo. Vno anno a communione corporis & sanguinis domini abstinere præcipitur, & ad pacem redire mandatur.

XXXI. Ponitur cum inhibitio extra de clandesti. desponsa. Vbi sacerdos qui interest clandestinis nuptiis, triennio suspenditur.

XXXII. Ponitur in capitu. qui bis. de conse. dist. 4. Vbi qui scienter rebaptizatur. 7. annis pœniteat faciens tres quadragesimas, & feriis: quatuor & sex in pane & aqua ieiunet.

XXXIII. Ponitur in cap. si qui vero. de pœni. dist.5. Vbi solenniter pœnitens & postea ad vomitum rediens, 10. annis pœnitere debet.

XXXIIII. Ponitur in cap.de viro.12.q.2. Vbi qui cómittit ſacrilegium in violádo eccleſiam, vel chriſma, vel calicem ſacrum manibus pollutis accipiat, & ſimilia. 7. annis pœniteat, in duobus non intrás eccleſiam, & vſq; ad quartum nó offerat. Et tribus diebus in hebdomada a vino & carnibus ieiunando abſtineat &c.


XXXV. Ponitur in cap.ſi quis dederit.24.q.1. Vbi in ſcius hæretico cómunicans, anno vno pœnitere mandatur: qui ſcienter. 5. annis &c. ibi.

XXXVI. Ponitur in cap.qui bene.de conſe.diſtin.2. Vbi ſi ex incuria ſacerdotis mus cómedat corpus Chriſti. 40. diebus pœniteat: ſi vero perdiderit. 30. diebus: ſi in caute dimiſerit tribus menſibus ab officio ſuſpendatur: vt in cap.1.de cuſtodia euchariſtiæ.

XXXVII. Ponitur in cap. ſi quis per ebrietatem. de conſe.diſtin. 2. Vbi ſi quis per ebrietatem, vel voracitatem euomerit euchariſtiá ſi laicus.40. diebus: ſi clericus. 70. ſi Epiſcopus. 90. diebus pœniteat: ſi propter infirmitatem ſeptem diebus.

XXXVIII. Ponitur in cap.ſi per negligẽtiam de conſe.diſt.2.vbi ſi aliquid de ſanguine ſtillauerit in tabulam terræ adherentem lingua lambatur, & tabula radatur vel locus corroſus comburatur, & cinis iuxta altare recondatur, & ſacerdos quadraginta diebus pœniteat: ſi ſuper altare ſtillauerit: miniſter ſorbeat ſtillam, & tribus diebus pœniteat: ſi ſuper linteum altaris, ſeptem diebus: ſi vſq; ad tertium linteum, nouem diebus: ſi vſq; ad quartum, viginti diebus pœniteat. Et linteamina quæ tetigerint ſtillam, tribus vicibus abluantur calice ſuppoſito. Et aqua ablutionis ſumatur, vel iuxta altare condatur.

lueris, ages eam, vel venies ad me, vel ad alium sacerdotem & de nouo recipies pœnitentiam: si tamen ex hac infirmitate moriaris, depræcare amicos vt faciát pro te orationes & eleemosynas: vel sic testamentum condas, vt facias tot eleemosynas dari pro anima tua. Et tandem ad eius absolutionem procedat. Et si huiusmodi decedens habuerit bullam, seu indulgentiam papalem, in tali absolutione obseruetur forma bullæ: præmittendo illam orationem depræcatiuam alias consuetam. Misereatur tui omnipotens deus &c.


EINDE Et octauo nó debet prouidus confessor ignorare, qui, & quot sint casus Papæ reseruati, ne ex huiusmodi crassa ignorantia, contingat ipsum vsurpando quod suum non est: mittere falcem in messem alienam, & in perniciem sui, & periculum confitentis attentet ipsum absoluere, in quo non potest: & ita cœcus cœco ducatum præstans ambo in foueam cadant. Cap. 8. Casus papæ reseruati.

Primus ergo casus papalis est, de eo, qui percutit clericum enormiter, & atroci lesione: vt in capitulo si quis suadente diabolo. 17. quæ. 4. Nam si est leuis absoluit episcopus, vt in cap. peruenit de senten. excómuni.

Secundus est de incendente & infrigente ecclesias, cuius absolutio postquam denunciatus est, papæ reseruatur: vt in cap. conquesti de sen. excómuni. Et idem est de quocunq; incendiario post publicam excómunicationẽ: vt in capitulo tua ibidem.

Tertius est de illo, qui falsificauit litteras Papæ: vel sciẽter falsis vtitur: vt in capitulo dura. & cap. ad falsariorum extra de cri. falsi.

Quartus est de eo, qui excómunicatus est a delegato

Papæ: vt in capitulo significauit. de senten. excõmu. Et idem in nominatim a domino Papa excõmunicatis, vt ibidem. Et idem de participantibus cum excommunicatis ab eo, si a domino Papa fuerit cum participantibus excommunicatus: vt ibi.

Quintus est, de insequentibus & persecutoribus cardinalium: vt in cap. fælicis de pœni. lib. 6.

Sextus est de eo, qui grauat iudicem spirituale in persona, vel bonis, vel ad hoc licentiat ex eo quia tulit sententiam excõmuni. suspen. aut interdicti: vt in cap. quicunq; de sent. excõmuni. lib. 6.

Septimus est de eo, qui corpus defuncti incendit, decoquit pro ossibus trasferendis: vt in extrauagante Bonifa. 8. quæ incipit: detestante.

Octauus est inquisitoribus hæreticorũ, si odio, amore, gratia, lucro, contra iusticiam vel conscientiam omisserint, contra aliquam procedere, vel hæresim aliquam ipsi imponere. vt in cle. multorum de hære.

Nonus est de religiosis, qui absq; licentia diœcesani, aut curati, vel sui vicarij solemnizant matrimonia, aut alia sacramenta ministrant: vt absoluũt excõmunicatos a canone in casibus non concessis, vel a sententiis per synodalia, vel prouincialia statuta promulgatis: vt in cle. religiosi. de priuilegiis.

Decimus est de clericis, vel religiosis inducentibus ad vouendnm, vel promittendum, vel iurandum de eligenda sepultura apud eos, vel electam non immutetur, vel retrahentes absolutionem decimarum &c. vt habetur in cle. cupientes de pœnis.

Vndecimus est de his, qui cogunt celebrari sibi in loco interdicto: vel ad audiendum inuocant excommunicantes

cantes interdictos, vel prohibent ne moniti exeant: vt in clem. grauis de ſeten. excõmuni.

Duodecimus. Eſt de illis, qui ferũt arma, ferrũ, æquos, & ſimilia ad impugnandum Chriſtianos, vel alia mercimonia deferunt, vel tranſmittunt, ſeu trirremes, vel naues vendunt ſarracenis, vel impẽdunt conſilium, vel auxilium in diſpendium terræ ſanctæ, & ſimilia de quibus in cap. Ita quorundam. & in cap. ad liberandam extra de iudæis. Nam hic caſus eſt papalis ex extrauagante Boni facius. 8. quæ incipit contra illos.

Decimuſtertius eſt in abſolutione, a voto continẽtiæ, & viſitationis terræ ſanctæ, pro eius ſuccurſu: vt de primo habetur in. c. Cum ad monaſteriũ de ſtatu mona. de ſecũdo quod notat Hoſt. in. c. ad liberandá: de iudæis.

Decimuſquartus eſt de diſpenſatione, cum ſuſpenſo, vel interdicto ab homine, vel excõmunicato celebrante, vt in cap. clerici de clerico excõmuni. miniſtr.

Decimuſquintus eſt de diſpenſatione cum illo, qui ſcienter excõmunicatus ordinem recepit, vt in cap. Cum illorum extra de ſenten. excõmuni.

Decimusſextus eſt de diſpẽſatione cum illo, qui irregularitatem incurrit, vt in cap. præcitato. Cum illorum extra de ſenten. excõmu. Et in cap. Cum æterni: de re. iudi. Et in cap. cum medicinalis de ſenten. & excõmuni. lib. 6. & in cap. ſi quis epiſcopus damnatur. 11. q. 3.

Decimusſeptimus de Clerico, aut preſbytero ſecũdas nuptias benedicente: ſed iam caſus iſte effectus eſt epiſcopi per extrauagantem Ioannis. 22. quæ incipit. Concertationi antiquæ.

Decimuſoctauus eſt quod nullus diminuat pœnitẽtiá a papa iniũctam, niſi vel ipſe, vel is cui ipſe commiſerit:

vt excipitur ex .c.accedēs. 50.dist. Et ex cap.latorē.33.q.2.

Decimusnonus est de dispensatione cum symoniaco: quando est cōmissa scienter in ordine, & est publica, vel in benedictione, vel dignitate: vt in cap. si quis.1.q.1. & doctores plerisq; in locis.

Vigesimus casus est generalis, quod vbicunq; absolutio est reseruata Papæ: nullus alius potest absoluere. Alias si non reseruatur absolutio papæ: ordinariis inferioribus videtur esse concessa, vt excipitur ex cap. nuper de sent.excōmuni.cap.2. Et per hunc casum aliquo modo sedari videtur altercatio doctorum circa huiusmodi casus papæ reseruatos: quorum quidam plures, alij pauciores assignare videntur. Nam regulariter loquēdo, vbi conditor iuris sibi absolutionē specialiter nō retinuit: eo ipso concessisse videtur facultatē aliis relaxandi: nec tūc ibi erit assignandus casus papalis, licet ab eo sententiam ligaminis prodierit. Et ita non erit vniuersaliter intelligendum: quod eius est soluere: cuius est ligare: si tamē sacerdos dubitauerit de aliquo sibi oblato, an fuerit reseruatum vel ne: salubrius est vel remittere, vel saltem peritiores consulere, quam temere diffiniendo ipsum absoluere. De his tamen quæ sibi sedes apostolica specialiter reseruauit: vide glo.& docto.in cap. quod trāslationem extra de officio legati. Quid tamē agendū fuerit cū confessor absoluit aliquē in casu quo ipsum nō potuit absoluere: supra hac secūda parte cōmemorauimus cap. 3.

Esto, quod in articulo mortis nullus fuerit casus reseruatus: sed quilibet sacerdos potest quēcunq; absoluere, non solū a peccatis, sed etiam ab excōmunicatione a quocunq; sit lata: vt theologi dicūt lib.4.dist.20. Nec sic absolutus si euadat articulum illum, oportet recurrere ad pro-

prium

prium confeſſorem,& iudicē: vt iterū abſoluatur neq; a peccatis,nec ab excomunicatione etiá papæ reſeruatis:licet bene oporteat ipſum recurrere ad propriū ſacerdotē, vt innoteſcat ei quod eſt iam abſolutus,& ad iudicem a quo fuerat excómunicatus, vt ei ſatiſfactionem offerat: vt ſanctus Tho. dicit lib.4. diſt.20.ar.1. Alias niſi quá cito cómode poterit illius iuſsioni pariturū ſe preſentaret, reincideret in eandē ſententiam: vt dicitur in capitulo. Eos qui.de ſent.excómunicatio.lib.6. Hinc Marſilius in.q.12.li.4.ar.2. prope finem concluſionis ſecūdæ,quartæ partis infert vnū,& eſt:ſtat q̄ quis moriens ſit abſolutus:qui ſi ſuperuiueret & ad illū articulū non deueniret nó eſſet abſolut9. Si quis tamē ſit in articulo neceſſitatis, qui voce confiteri nó poteſt: oſtēdit tamē ſigna cótritionis,debet haberi tanquá ſuſcipiēs ſacramentū. Attamen abſolui nó debet, quia nihil apparet de quo eū ſacerdos abſoluere poſsit:maximæ q̄ eſt cótra formá abſolutióis, in qua dicitur de peccatis cófeſsis:ita tenet epiſcop9 Abulenſis.Mat.16.q.49. in fi.in floribꝰ. Et cóſonat Petrus de Palu.li.4. diſt.23.q.4.cócluſ.1.in fi. vbi dicit q̄ abſolutio nó debet dari niſi cófitēti, & interrogato an pœniteat, & proponat abſtinere. Licet oppoſitū videatur ſignificare. Cap.is qui. 26. q.6. adiuncta glo. ſuper verbo pœnitentiam. Panormitanus tamen in cap.a nobis extra de ſent. excómuni. videtur dicere quod licet a peccato tunc, nec poſt mortem non debeat abſolui: bene tamen a vinculo excómunicationis, ſaltem quo ad nos,vt nos habeamus illū pro abſoluto. Sed an vſus clauiū eccleſiæ vllo modo ſe extendere valeat ſuper mortuos:vide eundē epiſcopū Abulēſem Math.16.q.59.in floribꝰ, & ex dictis ibidē diſſoluit̄ præcedēs quæſtio. Sed an talis vſus clauiū poſsit

exerceri super demones,& etiam super bruta animantia scilicet excómunicando: videri habet in libello, qui dicitur maleus maleficarum parte.2.puncto.2.cap.1.


DEINDE Vltimo loco, non deberet dilgens confessor ignorare casus episcopis reseruatos: qui licet apud nostros Theologos in distin. 19. lib. 4. soleant in numero quinario designari: vtpote vbi pœnitẽtia solẽnis est imponẽda. Et in absolutione ab excómunicatione eipiscopi. Et in irregularitate contracta quo ad peccatum. Et de incẽdiariis: & cætera crimina enormia, quæ ad terrorẽ consueuerũt episcopo reseruari. Argu.gloss.in.c. si episcopus de pœ.& re.lib.6. Et post ipsam ampli⁹ decretistæ signãter in suis summis tot & tantos casus visi sunt addere, vt tota fere hodie curatorum potestas videatur esse eneruata: adeo vt Durandus doctor exercitatissimus hanc materiá pertractãdo dicat: quod expediret quá plurimũ habere super hoc papale consilium. Si enim (vt Cancelarius Parisiensis in sermone de cœna dñi dicit) prælati omnes attenderent profunde, quãta est difficultas, quantũ onus, dicere peccata sua secreta etiam vni: nunquá tale iugũ imponerẽt ceruicibus subditorũ, vnde innumerabiles præcipitant̃ in infernũ. Credẽtes igitur terrere subditos occidũt & demegũt tacentes in infernũ. Idem quoq; Cancellarius in eadẽ secunda parte, in quadá epistola de moderata casuũ reseruatione, sic dicit. Constat certissime per plures expertos in cõfessionibus audiendis tẽpore isto, quod reseruatio stricta quorundá casuũ, præseruatim in grauioribus & occultis specieb⁹ peccati carnalis, retrahit innumeros a cõfessione taliũ peccatorũ. Sic sunt pueri, & puellæ, & mulieres verecũdissimi, & rurales idiotæ, a quib⁹ vix potest extrahi

Capitulũ nonũ de casib⁹ episco. reseruatis.

extrahi confeſsio talium peccatorum,quantũcunq; confeſſor ſit ſollicitus,humilis, moroſus, & diſcretus, quod ſi remittantur ad prælatum, vel pœnitentiarium de longinquo refugiunt,& horrent,& hoc obeſt plurimum,& eſt addere verecundiam ſuper verecundiam, & onera ſuper onera, & difficultatem confitendi talia peccata ſuper difficultatem:quæ tanta eſt,vt vix credi poſſet.Caſus igitur enormes,publici,& toti ſcandaloſi tam eccleſiæ, quá proximis locis,& vicinis poſſunt vtiq; maioribus prælatis reſeruari: occulti tamen inferioribus curatis eſſent relinquendi : vt ad longum ibidem deducit. Cum igitur multoplures ſint hodie huiuſmodi caſus epiſcopis reſeruati ex conſuetudine,quam ex iure:non poteſt de his dari certa determinatio:quia vnaquæq; diœceſis habet ſuá in hoc conſuetudinem. Neq; quo ad hoc ſit vna generalis conſuetudo in omnibus diœceſibus. Imo aliũ in vna & eadem:epiſcopi vno anno reſeruant ſibi plus,alio minus. Ideo vt omnis tollatur ambiguitas, ſuccincte poná caſus tam de iure,quam de conſuetudine ad epiſcopum regulariter pertinentes. Et ſunt iſti. Homicidium voluntarium,quo ad peccatum,non quo ad irregularitaté.

Item incendiarius antequá denuncietur: quia poſt reſeruatur Papæ, Sacrilegium, Inceſtus,ſaltem in habentibus completá ætatem. Filiorum oppreſsio. Coitus cum moniali. Item mulier coiens cum religioſo,vel ſacerdote. Item verberans, aut vulnerans patrem, aut matrem. Item deflorans virginem vi oppreſſam, aut ſeductam. Item baptizans propriam filiam ſine neceſsitate. Vel ad confirmationé tenens. Item fractor voti ſimplicis. Item contrahens habens votum ſimplicis caſtitatis. Item intrans religionem inuita vxore poſt matrimoniũ conſummatũ,

matum. Item cõmutatio votorũ communiũ. Item contrahens matrimoniũ post sponsalia iurata cum alia. Fornicatio cum Iudæa, & Sarracena. Concipiens per adulterium, quem vir credit suum. Procurans aborsum, vel sterilitatem in se, vel in alio. Cognoscens carnaliter baptizatam ab eo, vel cuius confessioné audiuit. Celebrás scienter in ecclesia interdicta, quo ad peccatum: quia irregularitas Papæ reseruatur. Luxurians in ecclesia consecrata. Ordinat⁹ ab alieno episcopo sine licentia proprij. Promotus per saltũ ad sacros ordines. Celebrás coram excõmunicatis soléniter in ecclesia quo ad peccatũ: quia irregularitas Papæ reseruatur. Hæreticá prauitatem tenens, quo ad peccatũ tantum. Sortilegus, Incátator, Nicromanticus. Sepeliens scienter excõmunicatos, interdictos, & manifestos vsurarios. Cládestine matrimoniũ cõtrahens Blasphemás publice Deũ, & sanctos. Periurus. Sodomiticus, Adulter. Celebrás in altari non consecrato. Celebrans sine sacris induméntis, vel aliquod ipsorũ omittés. Celebrans non ieiunus. Solemné pœnitentiá imponens. Restitutio incertorũ, & male ablatorum. Contrahens contra interdictũ ecclesiæ. Falsarius instrumentorũ. Violator ecclesiasticæ libertatis, & immunitatis. A maiori excõicatione absoluens. Simoniacus quo ad peccatũ tantũ. Vir, vel mulier qui in morté coniugis machinaẽ. Abutens crismate, eucharistia, vel re sacra. Aut furtũ in ecclesia faciés. Excõicatus nollens ecclesiá exire, sed officiũ turbás. Si episcopus audiuit cõfessioné de aliquo peccato, eo inferior nõ habet talé absoluere: sed remittédus est ad episcopũ. Relaxatio quorundam iuramentorũ. Aduertendũ tamé quod hmõi reseruatio casuũ episcopaliũ, intelligéda est de actib⁹ exterioribus,

ribus,& cũ effectu:non autẽ de actibus interiorib⁹. Esto enim,quod aliquis optauit,& etiá deliberate quæsiuit aliqué occidere. Vel virginé vi rapere, aut eá seducere, vel instruméta,quæ non sunt Papæ falcificare,vel alias: huiusmodi cordis pctá, non sunt de casibus epis reseruatis.

Considerandum est etiá, quod iuxta Petrum de Palude,& Ioanné de Gersone. incestus, qui cómittitur ab his,qui nó habẽt plenũ vsum rationis,non reseruaẽ epis.

Est etiá vltra pensandũ, quod licet de casibus a iure superioribus reseruatis, episcopus posit inferiorib⁹ cómittere totũ,vel parté,vel nihil: in aliis tamé loquédo de potestate iuris prælati,nó possunt sibi nouos casus reseruare, saltẽ quo ad curatos habentes ex iure potestaté absoluendi a peccatis: nisi ex legitima causa id fiat: quia superiores teneñ inferiorib⁹ iura sua illesa custodire: vt Henricus a Gáda,dicit in quolibeto.1.q.27.Licet quotidie videamus fieri oppositũ,& siquidem male.

Quinq; casus epi general'r inferioribus non cõmissi.

Est quoq; amplius notandũ,quod si episcopus cómittat alicui sacerdoti vices suas in casibus, in quibus episcopus ipse habet potestaté: talis sacerdos potest suam iurisdictioné exercere in omnib⁹ casibus episcopi,quinq; dũtaxat exceptis.Primus est, cũ est imponéda solénis pœnitentia. Secũdus,quia non potest absoluere ab excóicatione a qua eps:nisi eps specialiter sibi cómittat:vt in.c.peruenit.de sen.excói. Tertius,vbicunq; inuenerit irregularitaté contractá:nam tũc debet pœnitenté ad epm remittere: vt ipse vel secũ dispenset si posit, vel cũ literis suis illũ ad Papá remittat.Quartus est,de incédiariis ante denunciationé:vt in.c.si qs.& in.c.pesimá.23.q.vlti.Quintus est, quando est de consuetudine alicuius diœcesis: quod certa crimina ad episcopum remittátur. Expedit

quam

quamplurimum, vt confessor zelum habés animarum ne pereant, obtineat a prælato subditorum suam in casibus reseruatis potestaté, seu relaxationem præcipue in occultis, & non scandalosis. Reperiuntur itaq; paucissimi, qui non inciderint in aliquem talium casuũ, qui episcopo reseruátur. Scientes vero ipsi confessi seipsos non debere remitti, deinceps ad alterũ magis se pronos promptosq; reddunt. Nam vni confessionem suam libentius & citius detegunt. Confessor quoq; eos præsumit liberius de singulis interrogare, plenius etiam sanare simul, & semel ipsos absoluendo confidit: vt Cancellarius parisiensis dicit.

Est tamen verũ, quod huiusmodi exortationis necessitas nostris diebus non ita sentitur, nec moderni confessores tam magni faciunt propter multitudinem confessionalium, & abundantiorem copiam indulgentiarum, quibus datur, quam faciliter cuilibet vtriusq; sexus fidei libera facultas eligendi confessorem clericum, vel religiosum, qui de Papæ reseruatis semel in vita, & semel in articulo mortis ipsum valeat absoluere: de non reseruatis vero summo pontifici toties quoties opus fuerit, libere absoluere possit.

Ad hæc igitur omnia, & singula, quæ supra cõmemorata sunt, prudens, & prouidus confessor ad rectum, & fructuosum exercitiũ huius salutiferæ artis, iugi memoria attendere debet: ne fiat ipse laqueus perditionis sibi ipsi, & confitenti. Totusq; in animarum perspicienda salute spiritualiter inuigilet, prospiciens, quod qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ: saluabit animam eius a morte. Compleatq; officium istud tam salubre, tamq; salutiferum, Non præcipitanter, aut in solo transcursu

curſu peruolans: ſed moroſitate peruigili omnia, quæ di cta ſunt, vtpote neceſſaria, plene examinans, atq; diiudicans. Eligibilius ſiquidem eſt paucos audire complecte, quam multos ſuperficialiter, & imperfecte, cum cõſcientiarum ſcrupulis non tam expedire, quam impeditos, & ligatos plerunq; relinquere. Salubrius nanq; crederẽ aliquorum differre confeſsiones poſt Paſcha, quam quod cæcos cæcus ſeduceret: dum pro vere abſolutis, ipſi non recte abſoluti ſe gererent, & ita præcipitati vtriq; in foueam caderent.

INSTRVCTIO MAnualis ſimpliciũ Sacerdotum, & Curatorum.



SED Pro complemento huius artificij, decreui finaliter hic, veluti in quadã ſumma, præſtringere quædam manualia cuilibet plebeiano ſacerdoti curã animarum gerenti admodum neceſſaria. Et dequibus in noſtris ordinariis viſitationib⁹, præ cæteris quotidie per nos veniunt examinandi.

Et primum eis neceſſariũ eſt, vt ſciant articulos Fidei eſſe quatuordecim: quorum ſeptem pertinentes ad deitatem ſunt hi. Primus, credere Deum vnum. Secundus, credere, quod ſit pater. Tertius, quod eſt filius. Quartus, quod eſt ſpiritusſanctus, & hi tres vnum ſunt. Quintus, quod eſt creator omnium viſibilium, pariter & inuiſibilium. Sextus, quod ſtabiliuit ſanctam eccleſiam cõmunionem fidelium, in qua ſolus ipſe remittit peccata. Septimus

Articuli ſeptem deitatis.

ptimus

ptimus, quod eius virtute infinita, futura erit generalis resurrectio mortuorum in fine mundi.

Articuli septē humanitatis.

Alij septem pertinentes ad Christi humanitatem sunt hi, qui sequuntur. Primus, credere, quod filius Dei, seu media in trinitate persona, fuit conceptus in vtero virginis Mariæ, non ex virili semine: sed mixtico spiramine. Secundus, quod natus fuit ex ea verus Deus, & homo, claustris virginalibus intactis permanētibus ante partū, in partu, & post partū. Tertius, credere, quod pro salute, & redēptione generis humani, passus, mortuus, & sepultus est. Quartus, quod in triduo mortuo manēte, eius sacratissimo corpore diuinitati vnito in sepulchro: illius anima beatissima eidem deitati vnita, descēdit ad inferos non ad infernū damnatorū, nec ad limbū puerorū absq; baptismo descendentiū: nec ad purgatoriū: sed ad limbū sanctorū patrum. Quintus, credere, quod post tres dies mortis, veraciter in corpore glorioso resurrexit a mortuis. Sextus, quod quadragesimo die post ei⁹ resurrectionem in corpore, & anima gloriosus victor ascēdit cælos, vnde descenderat. Septimus, quod in fine mundi inde venturus est iudicare viuos, & mortuos: & boni ibunt in vitam æternam: mali vero in ignem æternum.

Articuli fidei vbi edocētur

Et huiusmodi quatuordecim articuli fidei edocentur, & recolliguntur in symbolo fidei, quod quadruplex est vtpote symbolum Apostolorum. Credo in Deum. Et symbolum Nicenum, scilicet, Credo in vnum Deum. quod cantatur in Missa. Et symbolum Athanasij, scilicet. Quicunque vult saluus. Et symbolum Innocentianum firmiter credimus extra de summa Trinitate, & Fide catholica.

Et vt istorum articulorum memoria arctius cordibus

fideliū

fidelium infigeretur: statuit sacrosancta mater ecclesia quasdam festiuitates, de quibusdam huiusmodi articulorum annuatim celebrare. Vtpote festiuitatem Trinitatis. Festum Pentecostes, quo ad articulos deitatis. Item festum anũciationis, seu Conceptionis Christi. Festum Natiuitatis. Festum Resurrectionis. Festum Ascensionis. Et anniuersariam recordationem mortis, & passionis eius quo ad articulos humanitatis: de his tamen articulis pertractant ad longum theologi lib. 3. sentẽtiarum. distinctio. 24. & 25.

Articulorum festa

Est etiã cuilibet sacerdoti summe necessariũ scire circa ecclesiæ sacramẽta, quæ, & quot sint: quia septẽ. s. Baptismus. Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Ordo, Matrimoniũ, & extrema vnctio, quorum tria. s. baptismus, confirmatio, & ordo sunt initerabilia: cũ imprimunt in anima characterẽ indelebilẽ. Reliqua vero quatuor sunt iterabilia.

Sacramẽta ecclesię septẽ.

Et duo tantũ sacramẽta: vtpote ordo, & matrimoniũ sunt mere voluntaria. Alia vero quinq; sunt necessaria adultis re, vel saltem voto, cum articulus necessitatis, & non contemptus illa excludit. Sed paruulis est necessarius baptismus re, & cum effectu.

Et exiguntur tantũ tria de necessitate in quocunq; sacramento. s. Materia, Forma, & Minister cum debita intentione. Minister in duobus sacramẽtis tantũ. s. in confirmatione, & in ordine est episcopus. In aliis vero sacerdos est debitus, & ordinarius minister: licet in baptismo in casu necessitatis quicunq; debet habere intentionẽ generalem agendi, & administrandi, quod ecclesia statuit, & sufficit, quod talis intẽtio habitualiter concomitetur, & discurrat per totum actum, & si non actualiter.

Baptismi sacramētum.

Est siquidem in sacramento baptismi materia aqua ipsa naturaliter, non artificialis, & taliter iuxta quæ dissoluat speciem aquæ. Forma sunt verba ista. Ego te baptizo in nomine patris, & filij, & spiritussancti, Amen: quæ simul sunt proferenda cum lotione: ita, quod antequam vnum terminetur: alterum incipiat.

Et solet distingui tripliciter baptismus fluminis, seu aquæ, qui est consuetus. Flaminis cum in adultis, qui optant veraciter baptizari, non contemptus. Sed articulus necessitatis ipsum aquæ baptismum excludit. Sanguinis vero sicut in martyribus, qui in suo baptizantur sanguine. Et potest baptismus aquæ fieri tripliciter. Vel per sumersionem, vt cōmuniter fit. Vel per infusionem, vt cum timetur de periculo baptizati. Vel per aspersionem, vt cum in magno numero veniunt ad baptismum. Sic tempore primitiuæ ecclesiæ fiebat: vt in actibus apostolorū legitur. Et potest fieri vel terna mersio, secundum consuetudinem ecclesiæ matris. Et ad baptismi solennitatem solent præmitti duo præambula. Catechismus, qui est instructio baptizandi in fide: vt credis in Deum patrem &c. Et exorcismus, qui est expulsio diabolicæ virtutis: vt exorcizo te creatura aquæ. Exi ab eo spiritus immunde &c. Et est vngendus ille, qui baptizatur in tribus locis, vtpote in pectore, & inter scapulas oleo catechuminorum. In vertice vero capitis crismate consecrato annuatim ab episcopo in die cœnæ. Et patrini deberent esse tantum duo, vel adminus vltra quatuor non suscipiantur: qui iuxta Scotum melioris vitæ, & meriti potius optandi sunt, & a baptizante instruendi, vt in actu illo deuoti, & orantes semper assistant. Et sunt omnes baptizati cum suis parentibus, & patrini a mini-

stro

ſtro ſcribendi cum die, mēſe, & anno, in libro autentico, veneratione congrua, reſeruato pro matrimoniis dirimendis &c.

Eſt deniq; in ſacramento cōfirmotionis miniſter epiſcopus. Materia vero eius eſt criſma in die cœnæ ab epiſcopo conſecratū, ex oleo, & balſamo confectum. Cuius forma eſt. Conſigno te ſigno crucis: confirmo te criſmate ſalutis. In nomine patris, & filij, & ſpiritusſancti, Amē. Et debet fieri in fronte criſmādi: qui & a patrino, & præſentari habet, & teneri. Et vterq; cum criſmate etiam in libro commemorato ſuis propriis nominibus conſcribi: vt & in baptiſmo, & ad eundem effectum. Cōfirmationis ſacramētū.

Eſt præterea in Euchariſtiæ ſacramēto materia duplex .ſ. panis triticeus a prædominio azimus, & non fermentatus, ſaltem de neceſsitate præcepti, & ſi non ſacramenti. Et vinum vitis non corruptū: cui tempeſtiue aqua in modica quantitate apponenda eſt a miniſtro celebrante. Et conſimiliter eſt duplex forma. Nam ad cōuerſionem ſubſtantiæ panis, forma conſiſtit in his verbis. Hoc eſt enim corpus meum. Et ad vini conuerſionem, conſiſtit in his verbis. Hic eſt enim Calix ſanguinis mei noui, & æterni teſtamenti, myſterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſsionem peccatorum. Euchariſtiæ ſacramētum.

Et debet miſſa celebrari in eccleſia ſuper altare lapideū ab epiſcopo conſecratū, non enormiter læſum, ſeu diuiſum. Cum lumine: duobus adminus aſsiſtētibus, vel in neceſsitate vnus, qui tamen non ſit mulier. Et eſt celebranda de die ab aurora quādo luceſcit vſq; ad meridiē, aut parum poſt quatuor tēporibus, & in quadrageſima. Et miniſter debet eſſe inductus, ſeu veſtit⁹ ſex veſtibus, amictu, ſcilicet, alba, cingulo, ſtola, manipulo, & caſulla:

& matutinis horis prius recitatis, nisi in prima Missa natalis Domini, quæ ante laudes, & de nocte consueuit dici. Et etiã regulariter debet Missa celebrari post primã, & ab eodem non nisi semel in die, nisi in die natalis Dñi. Et propter defunctũ, qui post Missam dictam subito occurrit sepeliendus. Et pro necessitate infirmorũ petentium viaticum, si non fuerit in pixide seruatum. Et pro necessitate peregrinorum in die Dominico, vel festiuo. Et pro nuptiis celebrãdis. Et in duabus ecclesiis sibi inuicẽ anexis, propter quarũ paupertatẽ nequeũt habere plures vicarios, in quibus tamen casibus, primo dũtaxat excepto, nõ licet vltra duas Missas dicere, & hoc semper prouiso, quod celebrans sit ieiunus in prima, non sumẽs lotionem: alias nunquã expostfacto eadẽ die celebrare licebit.

Est deniq; in pœnitentiæ sacramento materia peccata ipsa, & actus pœnitentis. Cuius forma in his tantum verbis consistit. Absoluo te. Vel ad plus. Ego te absoluo a peccatis tuis. Cuius minister debitus est proprius sacerdos, vt diximus, neq; etiam in casu necessitatis oportet laico cõfiteri: cum minime absoluere valeat, imo vtilius esset laico non confiteri: si etiam in tali casu secum ipse peccata recogitans æqualem posset sic constitutus erubescentiam habere: sibi ipsiq; æque, vel salubrius consulere: cætera ad sacramentum hoc pertinentia, ex superioribus patent.

Pœnitentiæ sacramentum

Ordinis sacramẽtum.

Est etiã in ordinis sacramento minister episcopus proprius. Cuius materia est actus ipsius suscipientis, cũ tangit aliquod instrumentum sibi ab episcopo porrectum, secundum qualitatem ordinis suscepti. Et forma consistit in verbis, ab episcopo tunc prolatis. Et proprie ordinem sumendo, solent distingui in septenario numero: quorũ

quorum quatuor minores sunt hostiarius, lectoratus, ex orcista, acolitatus. Alij tres maiores, qui & sacri nominā tur, sunt subdiaconatus, diaconatus, presbyteratus.

Est quoq; in matrimonij sacramento materia actus eorum, quæ adinuicem contrahunt. Cuius forma ponitur mutuus amborum consensus, verbis, signis, aut nutibus expressus: qui & si quolibet tēpore (quo ad substātialia) celebrari posit. Benedictio tamē nuptialis, & festū conuiuij, vxorisq; ad domū solennis traductio interdicitur ab ecclesia in tribus temporibus anni. s. a prima Dominica Aduentus, vsq; in octauam Epiphaniæ. Et a Dominica Septuagesimæ vsq; in octauam Paschæ. Et a tribus diebus rogationum vsq; in octauam Pentecostes. Mattrimonii sacramentum

Huius contractus matrimonialis asignātur plura impedimenta, quorum quædam & impediunt contrahendum, & dirimunt contractū, vt error, conditio, votum, cognatio, crimē, cultus, disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas, affinitas, coeundi impotentia. Alia vero & si impediant contrahendū: non tamen dirimunt cōtractum, vt interdictum ecclesiæ. Et tempus feriatum. Ad illa nanque præcauenda prohibitum est, clandestina matrimonia fieri, omissis bannis: quin potius in ecclesiis per presbyteros publice, cum competēti termino proponantur, infra quem talia impedimenta dilucidentur.

Est finaliter in sacramēto extremæ vnctionis materia oleum oliuæ ab episcopo consecratum, quod & oleum infirmorum dicitur. Cuius forma in his verbis consistit: per istam sanctā vnctionem, & suam piissimā misericordiam indulgeat tibi Dñs quidquid peccasti per visum: similiter resumendo super nares, aures, labia, manus, & pedes. Debet nāq; vnctio fieri sup radices sensuū exteriorū, Extremę vnctiōis sacramētum.

quæ sunt quasi primæ radices peccandi. Et debet dari adultis, non furiosis, nisi habeāt lucida interualla. Et non sanis, sed infirmis ad mortem, de quorum vita probabiliter timetur: imo creditur nō euadere mortis periculum. Et necdum in diuersis infirmitatibus, verum in eadem potest iterari, si pluries conualescens, perducatur ad periculum mortis, etiam intra anni circulum. Cuius principalis effectus est quædam spiritualis sanatūs, contra ineptitudinem ex peccato relictam, quæ aliqualiter retardat a gloria. Ad quam nos Deus perducat, Amen.

Sed, vt nouelli confessores præ oculis semper habere queāt, veluti in speculo, aut exēplari quodā: ordinē, quē in audiendis cōfessionibus tenere debeāt: ipsum hic summatim sub quatuor punctis præcipuis repingere statui.

Est enim in audienda pœnitentis confessione subsequens ordo seruandus.

In primo nanque loco, pœnitens genu flexo ad latus confessoris prouolutus, signo sanctæ Crucis munitus. Oratione Dominica, atque symbolo Fidei præcinctus, de tribus quāmaxime est a confessore instruendus: videlicet.

An ad confessionem præmeditatum accedat, vel ne.
An illius confessoris subditus fuerit, vel ne. Et cuius officij, aut status sit.
An alicui restitutioni obnoxius extiterit, vel ne.

In secundo loco, pœnitens ipse de quatuor est ab eodē confessore perquirendus: videlicet.

An fuerit aliquo excommunicationis laqueo irretitus.
An fuerit anno præterito, cui debuit confessus.
An pœnitentiam tunc sibi iniunctam adimpleuit.
An cōmunionē corporis domini a quo debuit, suscepit.

In

In tertio loco pœnitens confessione generali præeunte alliciendus est, & ad cōpunctionem, & ad integram suorum peccatorum confessionem ex tribus: videlicet.

Et illas decem & sex generales conditiones veræ pœnitentiæ ei moralizando.

Et illas tres partes integrales pœnitentiæ, contritionem, scilicet, confessionem, & satisfactionem sigillatim explicando.

Et aliqua de præcipuis beneficiis sibi a Deo collatis ad memoriam reuocando.

In quarto loco, & principali, sex sunt per ordinem circa pœnitentem explenda.

Est namq; primo loco pœnitens in his, quæ per semetipsum confiteri scit a confessore benigne, & affabiliter audiendus.

Est secundo loco ab eodem prudenter, vt sequitur, interrogandus.

Primo, de decem præceptis Decalogi.

Secūdo, de septem vitiis capitalibus cum suis debitis circunstantiis.

Tertio, de impletiōe quatuordecim operū misericordiæ.

Quarto, de abusu qnq; sensuum exteriorum.

Quinto, de exercitio trium virtutum Theologicarum. Et quatuor Cardinalium.

Est tertio loco, pœnitens de cōfessis saltem grauioribus. a confessore præcordialiter reprehendendus.

Est quarto loco, ab eodē salubri pœnitētia inuoluendus.

Est quinto loco ab eo misericorditer absoluendus.

Est sexto loco aliqua medicina a recidiuo ꝑseruatiua ab illo muniendus, & tandē in pace consolatus remittēdus.

INTRODVCTIO AD TRActandum de familiaritate mulierum a sacerdotibus fugienda.



LEGIMVS In Decretis, Illustrissime præsul, quod Clerici, & Sacerdotes professionem suam ex habitu, & incessu quammaxime prætẽdere debent. Et quod sacerdos in incessu debet esse ornatus, vt grauitate itineris, mẽtis maturitatem ostendat. Quod satis equidem congruit ei, quod in Ecclesiastico scriptum est. Amictus corporis, & risus dentium, & gressus hominis enunciant de illo. Et August. sententia stat, quod incompositio corporis qualitatem indicat mentis. Idcirco ad extirpandam abusionem quandam, & corruptelam, quæ his diebus apud multos ex nostris, qui sacerdotes appellantur, inoleuit: merito supradictis subiungere decreui

Cõclusio quæstionem hanc. An deceat sacerdotes, & ministros noui testamenti, mulierum, & matronarum famulos, & ministros fieri: eas, scilicet, per vicos, & plateas præeuntes associãdo: & presſis digitis manu ad manum lassas sustentando. Et ne forte ad lapidem pedes suos offendãt præseruando: & si aliquando contingat eas impingere per brachia, vel alias subleuando: earumq; vultum persæpe reuerenter contemplando. Ore quasi ad os eis confabulando. In iumentorum clunibus brachiis desuper ipsos expansis equitantes, & ad solatiandum portando. Et rerum domesticarum curam, seu administrationem plærunq; gerendo &c.

Ad

Ad quod (saluo semper meliori iudicio) respódendũ mihi videtur negatiue, vtpote, quod id non bene deceat, neq; expediat. Et hoc ex tribus duntaxat, pronunc aperire intendo. Primo, ex sacerdotum excellentia, & dignitate. Secundo, ex talis conuictus, contractus, & conuersationis periculositate. Tertio, ex intuentium scandalo, seu horribilitate.

Primum potest sic deduci regulariter loquendo, non bene decet, nec expedit, quod persona maximæ dignitatis, & excellentiæ trahatur, & conducatur in obsequium, & famulatũ personæ inferioris: quia, vt dicitur in Euangelio Lucæ.22. Maior est qui recumbit, quam qui ministrat. Et ob id forsan Augustinus mouebat in regula. Superiores taliter gerere ea, q̃ charitatis sunt ad subdictos: vt nullum inde autoritati præiudiciũ generetur: nedum nimium seruatur humilitas, regendi frangatur autoritas. Sed sacerdotes Euágelici, & ministri noui testamenti sunt personæ maximæ dignitatis, & excellentiæ, respectu mulierum, & matronarũ (vt sic) quæcunq; illæ sint: ergo non bene decet, nec congruit eos trahi, & deputari in obsequium, & famulatum illarum. Dignitas vero, & excellentia sacerdotum ex tribus signanter apparent. Primo, ex eorum nominatione. Secundo, ex eorum potestate, & operatione. Tertio, ex illorum honore, & commendatione.

Sacra nempe scriptura non valens sacerdotum dignitatem, excellentiam, vno tantum nomine significare: variis, & pluribus nominibus nititur eam exprimere. Sacerdotũ dignitas apparet ex tribus

Aliquádo enim sacerdotes deos appellat: vt in psal.81. Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes. Et Exodi.22. diis non detrahes. gloss. i. sacerdotibus. Et iterum, si latet fur, Sacerdotũ plurima noĩa.

dominus domus applicabit ad deos. Et rursus, vtriusque causa ad deos perueniet. glos. 1. ad sacerdotes. Et habetur transumpte in. c. sacerdotibus, 11. q. 1. Aliquando appellat sacerdotes tum Christos, tum prophetas: vt in psalmo 104. Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Aliquando pupillam oculi. Zachariæ 2. qui enim tetigerit vos, tanget pupillam oculi mei. Aliquando angelos. Malachiæ. 2. Et transumptiue in. c. sacerdotibus. 11. q. 1. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius. Angelus enim exercituum est.

Aliquando appellat eos reges prima Petri. 2. Vos estis genus electum, regale sacerdotium. Dicuntur etiam clerici, quasi sorte electi, vel quia sunt de sorte domini: quia cleros Græce, sors Latine sonat. Dicuntur quoque presbyteri, quasi seniores, non tam annorum ætate, quam morum qualitate: iuxta illud Sapientiæ. 4. Senectus venerabilis est, non diuturna, nec annorum numero computata &c. Dicuntur etiam sacerdotes, quasi sacri duces, vel quasi sacra dantes, vel quasi sacra docentes: prout interpretatur diuus Isidorus. 7. suarum ethimologiarum: his enim, & pluribus aliis nominibus consimilibus, censentur sacerdotes Euangelici in sacris literis. Ex quibus aliqualiter perpenditur eorum dignitas, & excellentia. Cum nomina debeant esse consona rebus, tanquam ab earum proprietatibus imposita, quibus respondere habent. Nam & ratio, quam significant, nomen est eius diffinitio, quæ designat propriam rei naturam: vt dicitur. 4. methaphisicæ. Et pariformiter nomina, quæ imponuntur aliquibus, diuinitus semper significant aliquod gratuitum donum eis diuinitus datum: vt sanctus Thomas exponit sua. 3. parte. q. 37. ar. 2. in corpore quouis.

Apparet

Apparet & secundo, dignitas, & excellentia sacerdotũ ex eorum operatione, & potestate, quæ ad prius duplex in eis designari solet: quarum vna attéditur respectu corporis Christi veri, quæ potestas consecrationis dicitur. Alia vero respicit corpus Christi mixticum, quæ dicitur potestas administrationis sacramentorum, & specialiter sacraméti pœnitétiæ in foro pœnitétiæ, quæ potestas clauium appellatur. Vtrum tamé hæc fuerint duæ potestates realiter & essentialiter, prout quibusdam placet. Vel potius fuerit vna tantum secũdum essentiá, & radicé, distincta tamé ratione, secundũ quod ad diuersos effectus comparatur (prout alij dicunt) non est præsentis speculationis: sed videri habet per Theologos lib. 4. sen. dist. 8. Sacerdotum ptás duplex.

Quod attinet ad propositum nostrum est, quod vtraq; potestas supra modũ magnificat sacerdotes. Nam quo ad primam potestatem, quæ consecrationis dicitur: potestas sacerdotis nedum excellit potestatem hominum, verum in hoc etiá angelorum. Nam nulli angelorũ aliquando dictũ est, hoc facite in meam cómemorationem sed solis presbyteris, quibus sic congruit: vt conficientes corpus dominicum sumát, & dent cæteris: prout dicitur in cap. sic non alij. de consecra. dist. 1. Et in cap. firmiter. de summa trinitate, & fide catholica. §. vna vero est: vbi dicitur, & hoc vtiq; sacramentũ nemo potest cóficere nisi sacerdos, qui recte fuerit ordinatus secundũ claues ecclesiæ. Et nedum potestas sacerdotalis in hoc excedit angelorum potestatem: verum etiam potestaté beatissimæ virginis Mariæ, quæ exaltata est super choros angelorũ: & a cuius laude deficit omnis lingua. Cui tamé non inuenitur data huiusmodi conficiendi sacramentalis potestas. Cæterum, si illa (cum ita dicam) fecit descendere fi-

Sacerdotum potestas excedit potestaté angelorum

Sacerdotis potestas excedit potestaté virginis Mariæ.

lium dei in vterum suum, octo verbis, dicens Lucæ. 1. Ecce ancilla domini, fiat mihi secũdum verbum tuum.

Sacerdos facit suo modo illum descendere in manibus suis, tantũ quinq; verbis, dicens. Hoc est enim corpus meum. Cæterum, in vterum virginis descendit passibilis, & mortalis. In manus autẽ sacerdotis descẽdit impassibilis, & immortalis. Cæterũ, in vterũ virginis semel tantũ venit: in manibus vero sacerdotũ cotidie. Hinc Gregorius exclamãs inquit. O venerãda sacerdotũ dignitas, in quorũ manibus, velut in vtero virginis, filius dei incarnatur. O sacrum & cœleste mysteriũ: quod per vos pater, & filius, & spiritussanctus operantur. Vno eodẽq; momento, idem deus qui præsidet in cœlis, in manibus est in sacramento altaris. Super hoc tam insigni priuilegio stupet cœlum, miratur terra, veretur homo, horret infernus. Contremiscit diabolus, veneratur quam plurimũ angelica celsitudo. Et consonat mellifluus Bernardus cum dicit. O venerabilis sanctitudo manuum: o fœlix exercitium. O vere mũdi gaudium, cum christus tractat christum, sacerdos dei filium. Cui delitiæ sunt esse cum filiis hominum. Quis vnquam vidit talia? Quis huic videt simile? Qui creauit me (si phas est dicere) dedit mihi creare se. Et qui creauit me sine me: creatur quodãmodo mediante me. Hinc quoq; diuus Augustinus. Nulla est maior dignitas sub cœlo, quam sacerdos dei ad cœlestia sacramenta pertractanda consecratus. O sacerdos dei si altitudinem cœli contemplaris, altior es: si pulchritudinem Solis, Lunæ, atq; Stellarum rimeris, pulchrior es: si omnium dominorum sublimitatem, sublimior es: solo tuo creatore inferior es.

Similiter, & quo ad secundam sacerdotum potestatem,

tem, quæ respicit corpus Christi mixticum, eorum potestas excedit potestatem angelorum, etiam & dæmonum Nam neutri eorum dictum est. Tibi dabo claues regni cælorum. Et quodcunq; ligaueris super terram erit ligatum & in cœlis &c. Et iterum, accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remissa erunt vsq; adeo, vt portæ inferi non præualeant aduersus eam. Matthæi.16. Licet & dæmoniacæ potestatis ea sit vis: vt nulla potestas sit super terram, quæ ei adæquari possit: vt dicitur Iob.41.

Apparet & tertio, dignitas, & excellentia Sacerdotum ex eorum honore, & commendatione. Sunt enim sacerdotes quam maxime reuerendi, & honorandi: vnde Ecclesiastici.7. dicitur. In tota anima tua time Deum: & sacerdotes illius sanctifica. Et iterum, honora Deum ex tota anima tua: & honorifica Sacerdotes. Sacerdotib⁹ quãt⁹ honor debeatur

Et in capitulo Sacerdotes sexto, quæstio. prima, dicitur Sacerdotes qui proprio ore dominicum corpus conficiunt, ab omnibus sunt timendi, & honorandi. Et vt Ciprianus inquit in capitulo Dominus. nonagesima tertia distinctione. Dominus noster Iesus Christus, Rex, & Iudex, vsque ad passionis diem seruauit honorem Pontificibus, & Sacerdotibus: quæ (vt in posterum subdit) omnia ab eo ideo facta sunt humiliter, ac patienter: vt nos humilitatis ac patientiæ haberemus exemplum. Docuit enim Sacerdotes veros legitime, & plene honorari: dum circa falsos Sacerdotes ipse talis extitit.

Et præterea patres: vt ex lege habetur Exodi.20. maximo honore sunt venerandi. Sed Sacerdotes sunt patres spirituales omnium fidelium: vt dicitur in capitulo quis

lo quis dubitet. 96. distinctio. Quis dubitet sacerdotes Christi regum, & principum, omniũq; fideliũ patres, & magistros censeri? Ergo ab omnibus sunt honorandi. Et non solũ ab inferioribus, verum a regibus, Imperatoribus, & magnatibus sunt sacerdotes quá maxime honorandi: vt dicitur in cap. sacerdotibus. 11. q. 1. vbi Gregorius scribens Mauricio Imperatori sic inquit. Sacerdotibus non ex terrena potestate dominus noster citius indignetur: sed excellenti consideratione, propter eum cuius serui sunt, eis ita dominetur: vt etiam debitá reuerentiam impédat. Et infra. Quid igitur mirũ, si illos vestra pietas dignetur honorare: quibus in suo eloquio honorem tribuens, eos angelos, aut deos ipse etiam appellat deus? Et iterum infra: quid ergo mirum si Christianus Imperator veri dei sacerdotes honoret: dũ pagani principes honoré impendere eorum sacerdotibus nouerunt: qui diis ligneis, & lapideis seruiebant? Ad hoc idé agendum, hoc est ad honorandũ sacerdotes: inuitamur exemplo magnorũ Imperatorum. Et primo exemplo Alexandri magni, de quo refert magister in historia Scolastica cap. 4. super Hester: quod cum capta gaza, Imperator ipse iret hierosolymam. Et summus sacerdos iadus pontificalibus vestimentis indutus, multisq; associatus, & habens in manu laminam, inqua erat scriptum nomen domini tetragrámaton, obuiam ei pergeret. Alexander ipse Imperator magnus (licet infidelis) mox descendit de equo solus, & honorauit sacerdotem: & nomen domini adorauit. Petentibus autem militibus suis, quare adorasset sacerdotem iudæorum? Respondit. Non hunc adoraui: sed deum cuius principatum tenet. Aliud & secundum exemplum, sumitur ex Constantino Imperatore,

de quo

de quo in cap. In scripturis. 96. dist. dixisse narratur. Vere si propriis oculis vidissem sacerdoté dei, aut aliquem eorum qui monastico habitu induti sunt, peccantem: clamidem meá expoliaré, & cooperirem eum, ne ab aliquo videretur. Et in cap. sacerdotibus. 11. q. 1. & in cap. futuram. 12. q. 1. dicitur ad hoc propositũ quod cum piæ memoriæ Constátino principi allatæ fuissent accusationes contra episcopos: libellos quidem accusationis accendit: & his qui accusati erant palam dixit. Ite, & inter vos causas vestras disponite: quia dignum non est, vt nos iudicemus deos: quia solius dei iudicio reseruamini, dij etenim vocati estis: & idcirco, non potestis ab homnibus iudicari. Quantumcũq; gloriosus iste princeps ecclesiam dei, & eius ministros, & sacerdotes honorauerit excipitur satis ex cap. Constantinus & secundo: eadem. 96. distin.

Tertium exemplum assumitur ex Theodosio Imperatore, de quo legitur in historiis. Et in. c. Cum apud Thessalonicam. 11. q. 3. quod cum nullo præcedente iudicio fecisset aliquos occidi, quia eius iudices fuerant lapidati. Veniens ad ciuitatem Mediolanum: et solenniter vellet intrare templũ dei, occurrit ei sanctus Ambrosius eiusdé vrbis antistes, prohibens illius ingressum: eumq; in conspectu totius populi multum reprehendit, & excómunicauit. Ex quo princeps ille maximis cum lachrymis domũ rediit, & per octo menses extra ecclesiá manens, beato Ambrosio prohibente. Tandé humiliter depræcatus vt eum intrare permitteret, facta pœnitentia, cum maximis lachrymis, & deuotione intrauit, ostendens aliis christianis quanta sit autoritas, dignitas, & excellentia sacerdotis: & quantum debeant a fidelibus timeri, & honorari: de quo honore sacerdotali, Idem beatus Ambrosius

in suo Pastorali, seu in libello de dignitate Sacerdotali capitulo secundo Sic inquit: & trahitur in capitulo duo sunt. 96. distinctione. Honor fratres, & sublimitas episcopalis nullis poterit comparationibus adæquari. Si regum fulgori compares, & principum diademati: longe erit inferius, quam si plumbum, metallum, ad auri fulgorem comparares. Quippe cum videas regum colla, & principum submitti genibus sacerdotum, & ex osculata eorum dextra: eorum se credunt orationibus communiri.

Angelicus quoq; doctor Sanctus Thomas in libello primo de Regimine Principū. capitulo decimo quarto, dicit quod in lege Christi, Reges debent sacerdotibus esse subiecti: propter quod mirabiliter dicit. Ex diuina prouidentia factum est: vt in Romana vrbe, quam Deus præuiderat Christiani populi principalem sedem futuram, hic mos paulatim inolesceret: vt ciuitatum rectores Sacerdotibus subiacerent. Hæc itaq;, & consimilia considerans seraphicus diuus Franciscus, in epistola quadam capitulo generali directa, dicebat. Si beata virgo Maria sic honoratur (vt dignum est) quia Christum portauit in vtero Et si beatus Ioannes contremuit, & non ausus est contingere sanctum dei verticem. Si sepulchrum Christi, in quo per aliquod tempus iacuit sic veneratur: quantum reuerendus & venerandus est Sacerdos, qui non iam moriturum, sed in æternum viuentem, & glorificatum, in quem desiderant angeli conspicere, contractat manibus, corde, & ore sumit, & alijs ad sumendum præbet, atq; ministrat. Quantum denique reuereantur atq; venerentur angeli sacerdotes ipsos, saltem propter officium quod in altari gerunt, satis

luculenter

luculenter aperitur ex eo quod diuus Gregorius in quarto dialogorum, capitulo quinquagesimo octauo inquit & trahitur libro quarto, distinctione vndecima, capitulo Quidam vero. Et etiam in capitulo Quid sit sanguis. de consecratione. distinctione secunda, sic dicens. Quis enim fidelium dubium habere posit in ipsa immolationis hora, ad Sacerdotis vocem cœlos aperiri, & in illo Iesu Christi mysterio angelorum choros adesse, summis ima sociari. Hinc (vt suspicor) satis congrue dicitur id auté. quomodo oportet episcopi in principio. Quod sacerdotium est maximum donum, a superna clementia collatum. Cum ergo tanta sit sacerdotum sublimitas, & excellentia: vt etiam Regum, & Imperatorum colla, eorum genibus debeant esse submissa. Qua prohdolor temeritate fit: vt nonnulli ex his qui Sacerdotes appellantur, in maximum, & satis abominabile dedecus dignitatis sacerdotalis, seipsos tam contemtibiles reddunt: vt etiam debilium domicellarum, matronarumque necdum genibus, verum aliquando pedibus maxima cum reuerentia prouolutos ante oculos cernamus?

De quibus merito conqueritur sancta mater Ecclesia dicens. Filios enutriui, & exaltaui: ipsi vero spreuerunt me. Et alibi, violabant me ad populum meum propter pugillum ordei, & fragmen panis: &c. Agnoscite igitur quæso o Sacerdotes dignitatem, & prærrogatiuam vestram, & diuinæ consortes effecti naturæ: nolite amplius in veterem vilitatem degeneri conuersatione redire.

Mulierum

De familiaritate mulierum

MVLIERVM FAMILIARITAS quam periculosa sit.



ECVNDO DIXI NON BEne decere Sacerdotes trahi in tale obsequium, & famulatum mulierũ, & matronarum, propter illius conuictus, tactus, & cõuersationis periculositatem. Quod sic deducitur. Illud nõ bene decet neq; expedit cuique, per quod seipsum exponit multiplici periculo spirituali animæ suæ: quia vt dicitur Eccle. 3. Qui amat periculũ idest occasiones peccatorũ: vt dicit vna glo. in illo peribit. Et sanctus Tho. suo lib. 4. dist. 21. q. 2. ar. 3. ad tertiũ. Videtur innuere quandã generalem regulã, quod exponens se periculo peccandi mortaliter, peccat mortaliter. Sed per huiusmodi obsequiũ, & famulatũ talis sacerdos exponit seipsum multiplici periculo spirituali animæ suæ: igitur illud tale obsequium sibi non satis decet, neq; expedit. Nam vt Cancellarius Parisiensis Ioãnes Gerson dicit sua parte secunda, in tractatu de Respõsionibus, ad quasdam quæstiones. In responsione primæ quæstionis, conclu. 3. prope finẽ. Occasione peccandi, quæ valde multiplex est data: difficile est non peccare. Imo (vt dicit) singulare dei donum, tunc peccatum posse euitare. Et signanter in vitio carnis. Nam vt dicit beatus Augustinus in lib. de honestate mulierum cap. 2. Inter omnia Christianorũ certamina, duriora sunt prælia castitatis, aut carnis: vbi est quotidiana pugna, & rara victoria. Et diuus Isidorus in lib. de Sũmo bono dicit, quod magis per carnis luxuriã, humanũ genus subditur diabolo, quã per aliquid aliud.

Cuius

Cuius ratio aſsignatur a ſancto Thoma ſua ſecunda ſecundæ. q. 153. articu. 3. ad primam in fi. quia. ſ. difficilius eſt vincere vehementiam huius paſsionis. Et gloſ. ſuper illud Pauli prima ad Corinth. 6. Fugite fornicationem: dicit quod cum in aliis vitiis poteſt expectari conflictus: ſed carnis vitium non melius poteſt vinci, quam fugiendo. Cui conſonat quod beatus Hieronymus dicit in epiſtola ad Euſtochium, de regula viuendi ſanctimonialium cap. 20. Vbi inter cætera dicit: quod victoria non ſperatur in hoc certamine, niſi ex fuga: & ſubdit. Nemo ex fortitudine audeat reſiſtere viribus: quoniam niſi fugiat, cito ſubcũbet. Sed quod ſacerdos quiſq; per huiuſmodi famulatum, & obſequium præſtitum: his domicelis, & matronis, & ex tali tactu, conuictu, atq; conuerſatione familiari inter eos habita, exponat ſeipſum multiplici periculo ſpirituali animæ ſuæ: præbeatq; ſibi ipſi multiplicem occaſionem peccandi. Subſequentia ſanctorum teſtimonia accelerent luce planius depromere: apoſtolus enim Paulus. prima ad Corinth. 7. dixit. Bonum eſt mulierem non tangere: ergo vt argumentatur beatus Hieronymus cõtra Iouinianum epiſtola. 9. capitu. 4. Malum eſt mulierem tangere: cum nihil boni contrarium ſit, niſi malum. Et quibuſdam interpoſitis ſubdit diuus Hieronymus. Non dixit apoſtolus, Bonum eſt vxorem non habere, ſed bonum eſt mulierem non tangere: quaſi in tactu periculum ſit. Quia qui illam tetigerit, periculum non euadet. Quæ virorum præcioſas animas capit. Quæ facit adoleſcentium euolare corda. Alligabit quis in ſinu ſuo ignem, & non comburetur? Aut ambulabit ſuper carbones ignis, & non ardebit? Quomodo igitur qui ignem tetigerit, ſtatim aduri-

Hieronymus.

tur: ita viri tactus & fœminæ sentit naturam suam, & diuersitatem sexus intelligit. Hæc Hieronymus ibi.

Ad idem facit quod dicitur ab eodem in epistola. 211. cap. 4. inquiens: prima tentamenta clericorum, sunt mulierum accessus. Nociuum genus fœmina, ianua diaboli, via iniquitatis, scorpionis percussio, cum proxima stipula accedit ignem, flamigero igne percutit fœmina conscientiam pariter habitantis, exuritque fundamenta montium. Ego iudico si cum viris fœminæ habitent; viscarium non deerit diabolo. Mihi crede, non potest toto corde cum domino habitare, qui fœminarum accessibus copulatur: hæc ibi, & simile dixit in epistola ad oceanum qui in numero est epistola. 178. Et vltra dicit ibi Hieronymus. Quid tibi renera cum fœminis, qui ad altare cum deo fabularis. Et idem in epistola ad Nepotianum, & trahitur in cap. hospitiolum. 32. distin. Hospitiolum tuum aut raro, aut nunquam mulierum pedes terant: periculose enim tibi ministrat cuius vultum frequenter attendis. Et in epistola. 211. cap. 4. ad hoc propositum dicit. Matrem ita vide, ne per illam alias videri cogaris: quarum vultus cordi tuo adhæreant: & tacitum viuat sub pectore vulnus. Et iterum, fœminæ quæ nomen tuum nouerunt: vultum nesciant. Et in epistola. 184. capitulo. 20. idem Hieronymus dicit. Vir cuiuscunque conditionis existat, aut nunquam ante vos appareat, aut visus visum terreat vestrum, veluti horridum monstrum: propterea volo charissimæ: vt si cum viro ex necessitate loqui oporteat, velum in fenestrula tractum alterutram faciem tegat, ne liceat videri: quod concupisti non licet. Et iterum subdit ibidem: nullum venenum nociuius fœminæ, quam affectio erga virum, quacunque

cunq; de causa procedat. Proh dolor infœlix conditio sexus vestri: sanctior mulier vltra quam dici liceat, si viro adhæreat quantuncunq; spiritali instinctu, naturali inclinatur tandē ad nefas: si viro virtus deficiat. Item Eusebius ad Damasum episcopū epistola. 263. sic inter alia dicit vinū nocet, sed vultus centuplo magis mulierum. Mulier diaboli sagitta est: qua in luxuriam homo cito trahitur. Nullus in hoc confidat viuens: si sanctus es, neq; tamen securus es. Mulier viri præciosam animam capit, homo & mulier, ignis & palea: diabolus nunquā insufflare cessat, vt accendatur: huius prælij nunquam fiet victor, nisi fugiens. Nunquā viro cum muliere sint longa colloquia. Incendium prædicti ignis satis pertimuit ille sanctus Monachus, qui matris suæ tibias nudas tangere noluit, cum eam vltra aquā portare debuit: pro vt legitur in vitas Patrum. Huius quoq; ignis incendium satis timuit sacerdos ille, qui in hora mortis mulieri auscultanti, an & ipse spiritū exalasset: quomodo potuit, dixit. Tolle tolle paleam: quia igniculus adhuc viuit: vt trahitur a grego. 4. dialogorum capitu. 11. & habetur in capitulo presbyter. 32. dist. Hunc etiam ignē satis prudenter a se fugare procurauit sanctus Thomas de aquino: qui cum in turri quadam a fratribus carnalibus custodiretur, & ad eum iuuencula sola fuisset intromissa, ille ardente titione de camino arrepto, eam celerrime a se fugauit: prout latius in vita eius habetur.

Hunc deniq; ignem satis aduerterat metricus ille, qui dixit. Fœmina fax sathanæ, fœtens rosa, dulce venenū. Semper prona rei quæ prohibetur ei. Vrit enim vultu visu, risu, cute, cultu. Huius ab insultu quantum potest esto procul tu.

Quam periculosa quoq; sit huiusmodi familiaris conuersatio inter sacerdotes & matronas, de qua ad præsens sit sermo perpulchre ostēdit, & multum ad propositum idem Hieronymus in epistola ad matrē & filiam quæ in ordine est. 190. sic inquiēs. Quis vnquā iuxta viperā securus dormit? quæ & si non percutit, certe solicitat: securi⁹ est perire non posse: quam iuxta periculum non perisse. Inter lasciuas puellas, & comatos iuuenes puella gradieris. Dabit tibi barbatulus quilibet manum, sustentabit lassam, & presśis digitis aut tentabitur, aut tentabit. Quod bene rogo notent nostri sacerdotes vocati, qui ex officio habent huiusmodi domicellas, & matronas manu ad manum digitis presśis sustentando portare.

Ad hoc idem periculum ostendendum accedat beati Augustini autoritas, & sententia: qui in lib. 1. soliloquiorum capi. 10. sic inquit. Nihil esse sentio qnod magis ex arce contemplationis deiiciat animum virilem, quam blandimenta fœminea, corporumq; ille contactus.

Augustinus.

Idem etiam Augustinus in lib. de honestate mulierum capitu. 1. in fine. dicit. Videte fratres quomodo ab omnibus christianis, præcipue tamen a monachis, seu clericis, indigna & inhonesta familiaritas fugienda sit: quia sine vlla dubitatione, qui familiaritatem mulierum non vult fugere: cito dabitur in ruinam. Idem Augustinus in de singularitate clericorum cap. 2. dicit. Incerta victoria est inter hostilia arma pugnare. Et imposśibilis liberatio est, flammis circundari nec ardere: sic qui introierit ad vxorem proximi, non erit immunis, neq; omnis qui tangit eam. Ipsi ergo nos fallimus, estimantes inter masculos & fœminas pasśim castitatem immobilem custodiri difficile: quis venenum bibit & ~~bibet~~? viuet?

Et

Et vltra in cap. 5. ibidem dicit. Non aliter tentationibus subiacet, qui iunctus est fœminæ. In qua nihil est aliud, nisi quod feriat proximantem. Aculeus peccati facta est forma fœminea. Et iterum in cap. 4. subdit idem Augustinus. Causale est omne quod fœminæ est. Et copulatio eius semper infesta est: fœdere suo magnas molestias præstat: & cui inhæserit contra fas insanabilem ingerit plagam. Et in capitulo finali. illius lib. dicit. Vbique gustanda est, cum mulieribus non continuanda præsentia: sed quasi transeunter fœminis exhibenda est accessio quodámodo fugitiua. Et alibi inquit idem Augustinus. Grauem inimicum sortita est castitas. Cui non solum resistendum est: sed dimisso freno, longius fugiendum. Neque eo minus cauendæ sunt, quia religiosæ dicuntur: quia quanto religiosiores, tanto citius alliciunt. Et sub prætextu pietatis latet viscus libidinis. Experto crede dicit Augustinus, loquor coram deo non mentior. Cedros libani: idest contemplationis altissimæ homines: vt exponit sanctus Thomas opusculo. 64. Et gregum arietes idest magnos prælatos Ecclesiæ sub hac specie, vel peste corruisse repperi: de quorum casu non magis præsumebam, aut suspicabar quam Hieronymi, & Ambrosij: hoc ille.

Et alibi in libello ad sacras virgines cap. in fi. idem beatus Augustinus dicebat. Dominica virgo quæ secũdum proprias vires vlli manum porrigit: non potest ancilla dei vel dici, vel credi. Et in de singularitate clericorum cap. 7. insidias mulierum detegens dicit. Fœmineus aspectus occurrens velut sagittas alienis oculis iactat. Et paulo post: subdit. Quod indomesticis negociis nũc lacertos ac fœmora lanificis operibus nudat. Nunc æstuás

detegit membra. Nunc fatigata iactatur. Aut in risu ali quando dissoluitur. Nunc blanditias exhibet. Et quod est venenosius super cuncta cum psallere delectatur, aut canere. Cuius cantu tollerabilius est audire Basiliscum sibilantem. Et Bernardus in quodam sermone. Vox mulieris est serpētis sibilus. Et iterum idem Bernardus. Cotidie conuersaris cum muliere, & vis continens putari? Cum de ea scriptū sit Ecclesiastes. 7. Mulier laqueus est venatorum, sagena cor illius, & vincula sunt manus illius: qui placet deo effugiet illam. Nam ut quidam versificādo dicebat. Nisi fugias tactus: vix euitabitur actus.

Bernar.

Thomas. Confirmatur etiam intentum principale: ex his quæ sanctus Thomas dicit in opusculo. 65. in capitulo. pœnitentia: sic inquiens. Caueat sacerdos nedum audit confessionem mulierum, respiciat vultum earum, nec aduertat qualitatem membrorum. Et quibusdam interpositis subdit. Neq; recipiat sacerdos manus mulierum inter manus suas: sic aliqui stulti faciunt. Neq; aliquo modo tangat mulierem: quia bonum est omnino sacerdoti mulierem non tangere. Timeat autem sacerdos instigationem versuti hostis, qui cum habeat mille nocendi modos, conatur a principio ruinæ suæ charitatem hominum, & bona opera perturbare: vt dicitur in capitu. visis. decima sexta. q. secunda.

Alludit huic sententiæ sancti Thomæ eiusdē doctoris determinatio in eodem opusculo cap. de matrimo. vbi doctor sanctus instruere volens sacerdotem, qualiter in benedictionibus nuptiarum post orationē dominicam missæ, vel vt ipse tutius reputat, post cōmunionem corporis & sanguinis domini habere se debeat ad ipsos nubentes, multum notabiliter, & ad nostrum propositum dicit:

dicit: quod data benedictione sicut mos est, sacerdos acci piat manũ dextrã sponsæ in manu sua, inuoluta tamen pallio (vt dicit) quo induit: & assignet eam spõso per verba consueta. Ad huius nostri propositi corroborationẽ facit determinatio dñi Petri de Palude in suo lib. 4. sent. dist. 22. q. 3. ar. 1. in fi. vbi ostẽdens quod manus impositio super cap. pœnitẽtis, dũ absoluitur, saltẽ de congruo, & antecedenter exigatur: subdit ad propositũ, nisi quod non multum oportet super capita mulierum hoc facere: quia bonũ est viro mulierẽ non tangere, sed sufficit alonge leuare manũ super caput. Si ergo non decet sacerdotem tangere caput mulierum, multiplici velamine circũuolutum, & coopertũ: multo minus expedit tãgere manum eius nudã pressis digitis: vt & si indecẽter fieri contingit. Consolidatur quoq; id quod dictũ est, ex his quæ pertractat sanctus Antoni⁹ archiepiscopus Florẽtinus in sua parte secũda doctrinali ti. 5. c. 1. §. 9. vbi inter cætera dicit, quod si vir aut mulier ex proposito permittat se osculari, seu tangi ab eo, quem probabiliter existimat ad hoc moueri amore libidinoso, mortaliter peccaret: quia facientem & consentientem par pena constringit: vt dicitur. 2 q. 1. Notum cum glos. secus si alio fine & intuitu: vtpote ex honesta amicitia, seu ex quadam humanitate, seu more patriæ id permitteret: quo ad oscula, & amplexus, & dando alter alteri manum: vt moris est: quia tunc non peccaret vt dicit. Quod tamen (vt subdit) periculosum est. Et ideo cauendum est ab his inter virũ & mulierem, etiam religiosos: quia bonũ est inquit Apostolus. 1. ad Corinth. 7. Mulierem non tangere. Nam vt dicitur Eccle. 13. Qui tetigerit picem, cui similis est mulier inquinabitur ab ea. Inducit ad propositũ exemplũ sumptum

Palud.

Antoni⁹.

ex Leone Papa sancto, & illustri viro, cuius manū cum mulier ex deuotione osculata fuisset incidit & ipse in graue m carnis tentationem: propter quod sanctus vir manum ipsam scandalizantem abscidit: quam tamē beata virgo Maria miraculose ei restituit. Aliud etiam exemplum adducit de quodam, qui cum reprehenderet quendam fratrē coram beato Iordano magistro ordinis prædicatorū: ex eo quod quædā mulier ex deuotione tetigisset manum eius. Et ille se excusans diceret, quod mulier illa bona, honesta & sancta esset: respōdit beatus Iordanus. Terra vtiq; bona est, & similiter aqua bona: & tamē ex vtraq; se contingente fit lutum. Ad hoc idem propositum nostrū corroborandum, videntur cōducere plura quæ inducit Gratianus in decretis. 32. & 81. distinctioni. & 18. q. 2. & 32. q. 5. Conducunt etiam ea quæ habentur extra de vita, & honestate clericorum. Et etiam de cohabitatione clericorum & mulierum. Et perinde vidētur conducere quā plures rationes prohibētes mutuam & familiarem cōuersationem clericorū & mulierum, quas inducit Augustinus de Anchona in de potestate Papæ. q. 86. ar. 4. Et latius Cardinalis de Turre cremata super. c. interdixit. 32. dist. Hunc eundem famulatum, & obsequium quem nonnulli ex togatis sacerdotibus exhibent huiusmodi domicellis, & matronis, eas associando, & præssis digitis manu ad manū per vicos, & plateas, & ad ecclesias supportando: & plærūq; administrationem rerum, & familiæ domesticæ procurando, prohibere videtur expresse textus in capitu. sacerdotibus. extra ne clerici vel monachi. Et Abbas ibi tenet expresse, quod clerici saltem in sacris constituti, etiam non sacerdotes, non debent esse ministri, famuli, vel seruitores laicorum.

Gratian⁹

Augusti. de ancho na.

Panormitanus.

Hoc

Hoc idem videtur ſentire Felinus in rubrica de maioritate,& obedientia. Nam cum dicit,quod ſecundũ iura ab eo ibidem citata,& per nos ſupra inducta, ſacerdotes ſint patres regum,& principum: multum ſunt põderanda contra quoſdá noſtros miſeros ſacerdotes, qui in maximum vilipendium ſui: ſeipſos conſtituunt capellanos, famulos, & ſeruitores, imo quod plus verendum eſt, lenones militum,& laicarum perſonarũ: de quo vide ibi.

Cum ergo conuictus,& mutua mulierum familiaritas omnibus viris ex prædictis ſit periculoſa: periculoſior tamen cenſetur ſacerdotibus, & viris perfectis,qui per caſtitatis votum huiuſmodi voluptatum illecebras a ſe abdicarunt. In quibus tamen plærunq; libido maiorem patitur famem,dum dulcius putat omne,quod neſcit: prout Hieronymus inquit in epiſtola ad matrem, & filiam in Gallia commorantes. Et iterum in de regulis monachorum cap.4. Et prouerbiorum.9. dicitur: Aquæ furtiuæ dulciores ſunt. Et Ouidius. Nitimur in vetitum: ſed percupimuſq; negata. Et alibi. Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris. Vicinumq; pecus grandius vber habet. Separamini igitur,o ſacerdotes,,Separamini deprecor a contagione peſtifera. Et quantum in vobis fuerit,fugite ſodalitatem mulierum, quæ gluten eſt delictorum, & viſcus toxicatum: vt ſemper in vobis floreat eccleſiæ ſenatus candidus,ſemperq; in vobis vigeat circa fœminas ſeueritas, autoritas polleat, vigor teneatur, & grauitas veneretur.


ERTIO Dixi, non benedicere ſacerdotes trahi,& conduci in tale obſequium, & famulatum mulierum,& matronarũ propter intuentium ſcandalum, & vribilitatem. Quod ſic de- Mulierũ familiaritas cũ ſacerdotibus quantũ ſit ſcãdaloſa.

duci potest. Illud non bene decet, nec expedit cuiq;, per quod præstat aliis occasionem, causam, motiuumq;, & incentiuum peccandi: quia Ecclesiastici. 17. scriptum est, quod mandauit Deus vnicuiq; de proximo suo. Et Matthæi. 18. Ve illi, per quem scandalum venit. Et iterum: Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis minimis: expedit ei, vt suspendatur mola asinaria &c. Et in lege Leuitici. 19. prohibetur poni offendiculum coram cæco. Et prima ad Corinthios. 8. dicitur, quod percutientes conscientiam infirmam fratrum: peccant in Christum. Et ad Roma. 14. dicitur. Noli cibo perdere illum, propter quem Christus mortuus est. Sed cum obsequium, & famulatus ille, quem huiusmodi sacerdotes matronis sic in publico exhibent: sit opus de se minus rectum, attenta qualitate personarũ cõstat, quod intuentium cõscientias percutientes, præstant eis occasionem ruendi & peccãdi: ergo illud nõ bene decet nec expedit sacerdotib⁹ adhuc, ꝑpter intuentiũ scãdalũ, & aduribilitatẽ. Asumptũ ꝓbatur multiplici sanctorũ testimonio. Et primo expressum probat hoc singularis quædam determinatio beati Augustini in li. de honestate mulierum cap̃. 2. vbi dicit, ꝙ hi, q cũ mulieribus habitãtes, putant se castitatis obtinere triumphum, ignorãt se apud deum dupliciter reos existere: dũ seipsos in periculum mittũt, & aliis exemplum peruersæ familiaritatis ostendunt. Quanti enim per illarum inhonestam familiaritatem castitatis decorem perdiderunt? Illorũ animæ que pereunt ab illis in die iudicii requirendæ sunt: qui illis exemplum perditionis ostendũt. Ex quo dicto diui Augustini Luce planius sequitur, quãto in periculo animæ suæ sunt constituti hi, qui palã, & publice peccãdo, & male agẽdo alios scandalizãt, & præbent eis perdi

Augusti.

perditionis exemplũ,& occasionem ruendi,& peccandi: præsertim si sunt personæ in eminentiori gradu constitutæ,& positæ in exemplar aliorum, & quasi signum ad sagittam in malis,pariter & in bonis: eiusmodi sunt personæ ecclesiasticæ. Nã licet in laicis, & priuatis personis verum sit illud. Attendite,ne iustitiã vestram faciatis coram hominibus,vt dicitur Matt.6. In personis tamen ecclesiasticis multũ bene licet,cum sic habeat coram hominibus lucere lux sua: vt cæteri videntes opera sua bona, glorificent patrẽ suũ, qui in cœlis est,& ad similia inuitẽtur,vt dicitur Matt.5. Imo pro loco,& tẽpore,talibus cũ eleemosynas elargiũtur, licet tuba canere:vt latius deducit Cãcellarius Parisiensis parte secũda:in tractatu de tẽperantia,& vestitu prælatorũ. Sed hæc in aliud tẽpus relinquẽtes,in confirmationẽ propositi principalis,inducimus aliud fidele testimoniũ eiusdẽ beati Augu.in lib.de bono disciplinæ.c.vlt. vbi alicui de huiusmodi reprehensione se excusanti,& dicenti: sufficit mihi pura conscientia:beatus Augustinus respondet. Quantũ ad innocentiam pertinet, tibi soli sufficit. Sed prouidendũ est ne facilitate tua alter peccet: & alienũ peccatũ in te redundet, iuxta illud,quod dicit scriptura: Ve illi,per quẽ scandalũ venit.Quãuis autẽ præcioso serico corpus vestias, & niueo vellere membra componas: non sine macula diem transigis, si camini ardentis ora contigeris. In omni igitur actu tuo,vitã tuã disciplina comitetur. Si vis placere Christo elabora, vt professionẽ tuam fides adiuuet, fama cõmendet:hæc ille. Ad idem facit, quod diuus Augustinus dicit in lib.de singularitate clericorũ.c.5. sic inquiẽs. Peius est, quã mœcari, continentiã ducere criminosam, & infamem ferre sanctimoniam. Et infra in capitu.6.

ciusdem

eiũſdem libri dicit: & multum ad propoſitũ. Cum hoc etiam laicos deceat: ne aut extraneis blaſphemandi occaſiones, aut fraternitati opportunitatem fornicationis opponant: quámaxime clericos vehementer neceſsitas iſta conſtringat, quibus aut religio blaſphemata: aut fraternitas perdita pœnas duplices irrogabit. Nec inueniẽt in iudicio Domini vllum ſolatium omnino: qui alienigenis, & fratribus peccandi fomitẽ miniſtrarũt: propter quod Paulus apoſtolus dicebat. Non ergo blaſphemetur bonum nomen veſtrum: ad Ro. 14. & iterũ ſecunda ad Corinth. 8. prouidentes, quæ bona ſunt: non tantum coram Deo, ſed etiam coram hominibus. Et alio loco. Siue ergo manducetis, ſiue bibatis, ſiue aliud quid faciatis: omnia in gloriam Dei facite, & eſtote ſine ſcandalo Iudæis, & Græcis, & eccleſiæ Dei: prima ad Corint. 10. & ad Titũ 2. teipſum factorum bonorum præbe exemplum: & iterum. Omnibus fidem bonam oſtende. Et rurſus prima ad Timo. 4. Forma eſto fidelibus in ſermone, in conuerſatione, in caſtitate &c. Et princeps apoſtolorum prima Petri. 2. Conuerſatio veſtra in gentibus bona ſit. Et iterum. Quoniam ſic eſt voluntas Dei: vt benefacientes obmuteſcere faciatis impiorum hominum ignorantiam: hæc ibi.

Hieronymus. Confirmatur etiam hoc idem ex dictis beati Hieronymi in epiſtola ad Oceanum, de vita clericorum, vbi excludens beatus Hieronymus ſtultam confidentiam alicuius, in conſimili propoſito dicentis. Quod qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter: ſubdit etiam, oportet habere teſtimonium bonum ab his, qui foris ſunt: licet enim coram Deo recte incedas, tamen coram hominibus bona prouidenda ſunt: quia & aſtutiores ſunt filiis

lucis

lucis filij huius seculi, seu tenebrarum. Cum ergo hoc genus a te non amputatur, das reprehendẽtibus te locum. Ipse te detrahentium morsibus tradidisti: si agapetarum consortium non dimiseris. Si aliquis senserit clericũ habitare cum fœminis: non credit eum esse castum. Si pudicitiam quæris: quare habitas cum fœminis? Sacerdotes quippe decet a fœminis separari: hæc ibi Hieronym. Et idem dicit in epistola de regulis monachorum cap. 4. Et subdit, caueto omnes suspitiones, & quicquid probabiliter fingi potest: ne fingatur ante de vita: vt etiam dicit in epistola ad nepotionum de vita clericorum. Ad idem facit dictum Bernardi in quodam sermone sic inquiens. Quotidie conuersaris cum muliere, & continens vis putari? Esto quod sis, maculá tamen suspitionis portas: scandalum mihi es. Tolle materiam, & causam scandali: quia ve homini illi, per quẽ scandalũ venit. Et Hugo de sancto Victore dicit, quod clericis non sufficit vita sancta, nisi sit bona fama. Quámaxime denigrat familiaritas, & cõuersatio cum mulieribus propter incentiuum, & periculũ: quia, vt dicitur Abacuch. 1. Facies earum ventus vrens. Et ecclesiastici. 9. Virginem ne conspicias, ne forte scandalizeris in decore illius. Et iterum. Auerte faciem tuam a muliere compta. Et iterũ. Propter speciem mulieris multi perierunt. Et cum aliena muliere omnino non sedeas.

Bernard.

Hugo.

Hinc Cancellarius Parisiensis parte prima in Tractatu de distinctione verarũ visionum a falsis infert. Non esse tutam mulierum quantuncunq; sanctarum, cum viris etiam religiosissimis cohabitationem, & familiaritatẽ: quia (vt inquit) potest fieri, vt amor a spiritu incipiat. Sed vehementer formidandum est, ne per blanditias sen

Ioannes Gerson.

sim

ſim carne cõſumatur:quia(vt Hieronymus inquit)Ferreas mentes libido domat. Vritq; videndo fœmina (inquit Virgilius)Et paulo poſt ibidem Pariſienſis Cancellarius ſubdit exemplum inquiens. Nõ hominũm, qui ex deuotione,& ſapientia plane laudabili,cuiuſdam virginis religioſæ amicitiá eius in domino familiarem amplexatus eſt, deerat primo focus omnis carnalitatis : tandem paulatim ex cõuictu crebro accreuit amor, ſed non penitus in domino, vſq; adeo, vt ab ea viſitanda, aut recogitanda ſi aberat, vix diuelli valeret. Nihil tamen pro tunc carnale,nihil ſubdolum, nihil fraudulentum diabolicæ ſuſpicabatur : donec aliquando diſcedendum longius ab ea. Et tunc primum ſenſit ille vir : quia non pura, & omnino ſyncera, & caſta fuerat hæc dilectio : & quod magno malo, niſi Deus auertiſſet approximabat: vt latius videre eſt ex his, quæ ſanctus Thomas tradit in opuſculo. 64. cap. de periculo familiaritatis dominarũ, vel mulierum.

Hinc Hieronymus ad Euſtochium, & cæteras virgines cap.20.Infert,quod argumenta ſunt diaboli,& mortis æternæ inditia, filiatiões,& maternitates quibus vocabulis ſub velamine ſpiritus,inter ſe nonnunquam vtuntur mares,& fœminæ & ſimile dicitur.18.q.2.peruenit.

Hinc ipſemet Hieronimus ibidé in cap. 18.inquit. Viri cuiuſcunq; etiam, ſi cum ſantitas exornet, etiam ſi baptiſtæ æquaretur in meritis,quæratis effugere faciem:ne liceat ſecum dilectione feruenti aſtringi per diem.Credatis experto.Nihil eſt periculoſius viro,quá mulier,&mulieri,quá vir:vterq; palea:vterq; ignis. Et iterũ. Non nimiũ ſit ſtricta familiaritas. Non ſuſpecta colloquia etiá ſi ſpiritalis pater, quáuis epiſcopus ſctũs ſit:tamé homo
eſt

est debile animal: propter quod August. admonet, quod semper sermo breuis, & rigidus est cũ mulieribus habendus. Quod pro parte adhuc de sermone habito in confessione, vel post peractá confessioné obseruandũ est. Nam vt sctũs Thomas dicit opusculo. 65. c. de pœnitentia: propter hoc sacerdos expedita cófessione iuuécularũ mulierum, non immoretur illa immiscere verba, quæ cófessionem perturbant, vel non adiuuant. Neq; vltra quam necesse est excogitare confessioné earum, inquirédo vitiose motus membrorum suorum, & vsus: quia vbi talis esca iacet, antiqui hostis stimuli non desunt ad tentandum: vt etiam Gregorius inquit in cap. oportet. 81. distin.

Si ergo iuxta epistolá, oportet sacerdoté irreprehensibilem esse: & conuersationé bonam, & honestam habere inter gentes: vt ex odore famæ sanctitatis suæ, etiam malorum corda ad sancta desideria moueantur. Et necdum a malo, verũ ab omni specie mali abstinere: ne infirmorũ fratrum consciétiæ, eorũ imitatione percutiantur. Alias tot morib9 digni sunt (vt Gregorius inquit) quot perditionis exempla ad cæteros transmittunt. Et vt ad Damasum episcopũ Eusebius dicit: quot suo exemplo peccatis moriuntur, tot de manu sua requiret Dñs. Quia, vt diuus Aurelius Augustinus in lib. de pastoribus dicit. Qui in cóspectu Dñi male viuit: quantũ in illo est, eum a quo attenditur occidit: & iterum. Omnis, qui male viuit in conspectu eorum, quibus præpositus est: quantũ in ipso est, occidit. Oportet igitur & vos, o sacerdotes, sic pergere, & conuersari in medio huius prauæ, & peruersæ nationis: vt quantũ in uobis sit, nemini detis vllam offensionem, vt non vituperet̃ ministeriũ vestrum sed in omnibus exhibeatis vosmetipsos, sicut decet Dei ministros

exemplũ

exemplum bonornm operum. Vt obmutescere faciatis impiorum hominum calumnias: ad quod non bene expedit, nec decet vos fieri famulos, seu familiares ministros: vt non dicam scrutiferos matronarum mulierum, & domicellarum: tum ob vestræ personæ, & officij dignitatem: tum etiam propter talis conuictus, & familiaritatis periculositatem: tum quoq; propter intuentium scandalum, seu aduribilitatem.

Corollarium.

Hinc ex prædictis infero, quod licet in iure permittatur cohabitatio clericorum, & aliquarum mulierum earum. s. in quibus naturale fœdus nihil seui criminis suspicari permittit. Cuiusmodi sunt consanguineæ in linea ascendentium, aut descendentium, vsq; ad quartum gradum: & in linea transuersali, vsq; ad secũdum gradum: vt videre est in. c. interdixit. 32. distin. & in. c. volumus: & c. cum omnibus. 81. distin. dum tamen alias sint bonæ famæ. Neq; secum habẽtes alias personas pedissequas, aut alias suspectas. Immoderata tamen inter eos familiaritas est penitus interdicta: vt patet in capit. quorundam. 34. distinctio.

Corollariũ principale.

Hinc etiã sequitur, quod inter sacerdotes, & quascũq; mulieres est omnino indecens, & ita interdictum, aut interdicendũ speciale hoc genus familiaritatis, de quo hactenus est habitus sermo noster principalis. Vtpote quod sacerdotes fiant ipsarũ famuli, & ministri, eas in viis associando: & pressis digitis manu ad manum tanquam lassas sustentando, & si contingat impingere, eas per brachia, vel alias eleuando. Et nonnunquã in iumentorum clunibus, brachiis desuper ipsos extensis, eas ad solatiandum, aut recreandum portãdo, rerumq; domesticarum administrationem, seu curam plærunq; gerẽdo: & sic de

cõsimilib9

consimilibus.

Hoc & si satis excipiatur ex fundamentis sanctorum doctorũ superius allatis: potest tamen ex proximo dictis adhuc vltra corroborari: & sic. Familiaritas immoderata interdicitur, tanquá indecens adhuc inter sacerdotes, episcopos, & eorum cósanguineas: ergo a fortiori inter eos, & extraneas. Consequẽtia est satis de se nota. Antecedẽs patet ex. c. quorundá. 34. dist. Sed quod huiusmodi familiaritas, de qua ad prius fit sermo, cẽseri debeat immoderata: patet: quia vt excipitur ex. c. illo quorundá adiũctis glosis. Immoderata familiaritas dicitur inter sacerdotẽ, & mulierem, quæ ipsum redit vilem, & contẽptibilẽ. Sed planum est, quod familiaritas illius famulatus, & obsequij redit personá sacerdotis vilem, & contẽptibilẽ: ergo talis familiaritas tanquá illicita est, inter sacerdotem, & mulierem interdicta, & amplius interdicenda. Prima deductio.

Et præterea, quæcũq; familiaritas censetur inexpediẽs & periculosa inter mulierẽ, & laicum virum: plus inexpediens, & periculosior censeri habet inter mulierem, & sacerdotem: quia, vt Leo Papa dicit in cap. omnium sacerdotũ. 32. dist. Omniũ sacerdotũ tam excellens est electio, vt hæc, quæ in aliis membris ecclesiæ. i. in laicis, vt glo. inquit, vacát a culpa: in illis tamen habeant illicita. Ex quo excipit regula, quod ratione personæ, aliqua sunt illicita, quæ in aliis personis sunt licita. Et sumit etiam satis expresse ex. c. sacerdotes. 37. dist. & ex. c. fornicari. 88. dist. cũ aliis, sed prædicta familiaritas, de qua hactenus factus est sermo, inter mulierẽ, & quancunq; personá laicá, extra fidem matrimonij, censet indecẽs, & periculosa: vt excipit ex dictis beati Hieronymi in epistola ad matrẽ, & filiá in Gallia commorátes: vbi dicit: dabit tibi barbatulus qui- Secunda

N libet

libet manum sustẽtabit lassam: & presis digitis, aũt tentabitur, aut tentabit. Et Augustinus in lib. ad sacras virgines. Dominica virgo; quæ secundũ proprias vires vlli manum porrigit, non potest ancilla Dei, vel dici, vel credi. Ad quod etiam conferunt plura, quæ ex mente sanctorum supra dicta sunt: ergo talis familiaritas inter sacerdotem, & mulierem quácunq;, tãquá periculosa, & male sonans est interdicta: & amplius ab ecclesiæ præpositis in suis synodalibus statutis interdicenda.

Tertia. Et præterea in cap. ad reatum. 81. dist. dicitur, quod ad reatũ episcopi pertinet, si sustentat de vitæ præsentis causa, quod adolescentiores viduæ clericorum familiaritatibus subiiciantur: multo ergo plus pertinebit ad reatum episcopi, si causa sustentãdæ vitæ præsentis (vt fieri sæpe cõtingit) pmittat, q clerici, & sacerdotes subiiciant familiaritatibus adolescẽtularũ viduarũ, & consimiliũ mulierum: cum hoc fuerit indecentius, & irrationabilius illo.

Quarta. Et præterea, vt Ambrosi. in sermone de ieiunio dicit, & trahitur in cap. sexto die. 35. dist. qui Christum adnunciant, cuiusmodi sunt sacerdotes: ab omniũ vitiorum incentiuo præstare se debent alienos. Sed constat, quod sacerdotes per huiusmodi familiaritatis obsequium, & famulatum mulieribus exhibitum, non solũ non præstant se alienos ab incentiuo vitiorum: verum præstant maximum fomentũ, & incentiuũ vitiis: vt patet ad longũ ex dictis sacræ scripturæ, & sanctorũ Doctorũ supra in parte secunda huius opusculi, inductis. Ergo talis familiaritas famulatus inter sacerdotes, & mulieres, tanquá illecebra, & multorũ malorũ inductiua, merito a sanctis est interdicta. Et acrius, atq; strictius deberet ab ecclesiæ prælatis interdici, Alias, vt Symachus Papa inquit. 83. distin.

mortem

mortem languẽtibus probaẽ infligere: qui hanc cum pos sit, non excludit: quia, vt ibidẽ Innocentius dicit. Error, cui non resistitur approbaẽ, neq; caret scrupulo societatis occultæ: q manifesto facinori desinit obuiare: & Gregorius ait, quod consentire videtur erranti: qui ad resecãda, quæ corrigi debẽs, non occurrit super quo bene vigilent prælati. Ná si in his, & consimilibus deprehensi fuerint negligẽtes, & remissi innumerabiles populos cateruatim secum ducent primo mãcipio gehennæ cum ipso plagis multis in æternũ vapulaturi, vt diciẽ in. c. si Papa. 40. dist.

Et præterea in. c. peruenit. 18. q. 2. dicitur, quod incauta cõmunio, & familiaritas monachorũ, aut sacerdotum, & mulierum serenissima vltione est corrigenda: sed nemo sanæ mentis dubitat, quin supra cõmemorata cõmunio, & familiaritas sacerdotũ, & domicellarũ, atq; matronarum fuerit valde incauta, atq; versuti hostis, qui mille nocendi habẽt modos calliditatis instigata: ergo merito a sanctis ecclesiæ Doctoribus est prohibita. Assumptũ amplius deduci, & persuaderi sic potest. Nam, vt Hierony. inquit, Paulus vas electionis, in cuius pectore Christus resonabat, vt carnis aculeos refrenaret multipliciter macerans corpus suũ, & in seruitutẽ redigẽs: semper tamen cernebat naturalẽ carnis ardorẽ suæ repugnare sentẽtiæ: vt quod nõ vult: hoc agere cõpellaẽ: & quasi vim patiẽs vociferando clamet: infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. Et idem gloriosus Hieron. de seipso dicit, q cũ esset iuuenis in illa vasta solitudine, q̃ exusta solis ardoribus monachis horridũ præstabat habitaculũ: vbi quotidie gemit⁹, & quotidie lachrymæ. Et in quo, ppter incõmoda squallida, & nimiã corporis abstinentiã: cutis sua carnis ethiopicæ sitũ obduxerãt: adeo q

Quinta.

horrebant iam sacco membra deformia. Et pallebát ora ieiuniis. Nam & aqua frigida languens vtebatur: & coctum aliquid accepisse luxuria sibi apparebat. Et tamen (vt ipse inquit) incentiua vitiorũ, ardoremq; naturæ ferre non poterat: & in frigido corpore etiá in præmortuo iam homine sola libidinũ incendia bulliebant, & socius scorpionum tantum, & ferarum: sæpe choris puellarum, & Romanis putabat se interesse delitiis. Si ergo hi tam sancti, atq; prope diuini viri tanta cum carnis maceratione: tantaq; cum ab omni occasione peccádi alienatione, tot; tantosq; experiebantur in membris suis ebullire carnis stimulos, aut aculeos: siue pruritus: quanto plures acrioresq; arbitrandum est, quod & sentire habeant (vt de cæteris taceam) hi nostri nouelli, iuuenesq; sacerdotes facie rubentes: corpore ex cibis feruentes: sæpe dictis mulierum familiaritatibus interessentes: nitentium earum vultus circumcompositos, atq; fucatos attendétes: exquisitos, mirosq; odores vestium illarum redolentes, earum mellifluis fabulationibus arridétes: delicatas illarum manus presſis digitis attrectantes, seu tangentes: eas nonnunquam cespitantes per brachia, & lacertos a terra erigentes: demulcentia, bládaq; eorum colloquia auscultantes: earum munuscula libenter suscipientes. Alia quáplurima mutuæ beneuolétiæ opera exercétes? Inter has vtiq; & tantas illecebras voluptatũ quis gloriabitur castum se habere cor? Nisi his, qui minus de animæ suæ salute sollicitus in pia quadam securitate confisus præsumens dicat. Ecce ego familiaritaté habeo mulierũ, & inter extraneas mulieres habito: & tamen arma castitatis custodio, cótinentiáq; seruo: & volo habere, quod vincá. Cui btũs Augustinus in de honestate mulierum, c. 2. respondens inquit.

inquit. Infelix, & nimium periculosa præsumptio. Multi enim se putãt vincere: cum victi sunt. Quid est enim volo habere, quod vincam, nisi hoc volo habere, quod peream? Vide ergo, ne cõtra te incipiat captiuitas ipsa præualere. Et vnde putabas obtinere triumphũ: inde æternum incurras opprobriũ: hæc ibi: propter quod talis familiaritas inter sacerdotes, saltem & mulieres tanquam periculosa nimiũq; incentiua vitiorum a sacris Doctoribus rationabiliter satis est interdicta: & in dies a prælatis strictius esset interdicenda. Cum ergo scriptura dicat, quod astra non sunt munda in cõspectu Domini: quanto minus nos homines, quorum vita tentatio est: & quoties concupiscimus: toties fornicamur: vt Hieronymus inquit ad rusticum. Et ideo amantissimi sacerdotes contra mortifera blandimenta, & contra adiutores diaboli, qui familiaritatem suspectam habere non metuunt, nec erubescunt: ne vos suo exemplo decipiant Dei adiutoriũ implorare non cessetis: vt de laqueo venantium verbo aspero: a negotio perambulãte in tenebris: a ruina, & dæmonio meridiano vos liberare dignetur Iesus intemeratæ Virginis filius: qui si vos liberauerit: vere liberi eritis a periculis cunctis: & securi peruenietis ad portum salutis æternæ, ad quem nos perducat, Amen.

INTRODVCTIO AD TRActatum de valore Missæ.


CVM Inter visitandum fuerim sæpe numero a sacerdotibus, & curatis, sciscitatus, ac perquisitus. An sacerdos promittens sigillatim diuersis vnam Missam sufficienter soluat debitum,

& satisfaciat celebrãdo vnam tantum pro omnibus illis. In quo quidem expertus sum quáplurimos ex eis aberrare. Ideo cum culpam faciẽtis habere dicatur: qui quod potest corrigere, negligit emẽdare. Et apostolus Paulus inquit, non solum qui faciunt, sed etiá qui cõsentiunt facientibus criminis participes iudicanť. Ne prætextu ignorantiæ eos in posterum peccare cõtingat post tractatum de modo, & ordine audiendi cõfessiones. Et de mulierũ familiaritate fugiẽda prædictæ dubitationis solutionem subiungere decreui. Quia tamen huius dubitationis decisio pendet quodámodo ex alterius quæstionis decisione, quæ talis est: vtrum missa celebrata pro pluribus minus valeat cuilibet ipsorum, quam si pro paucis, vel pro vno solo fuisset oblata: ideo primo deueniam ad huius quæstionis examinationẽ: deinde ex responsione huius inferam correlariæ principalis quæstionis solutionẽ. Et quamquá in vtriusq; quæstionis pertractatione sicut & in cæteris fere, quæ neq; fide, neq; ecclesiæ sanctiõe, & decreto sigillantur, soleant inter scribentes esse nonnullæ altercationes: in his tamen, quæ conscientiam, & salutis statum cõcernunt: tutior semper via præeligẽda est: & quæ plurimorum Doctorũ scriptis videatur esse cõformior; signanter in sermone ad sacerdotes principaliter habito: in quorum ore (vt diuo Hieronymo placet) nugæ sacrilegiũ sunt, vel blasphemia. Et de quibus inquit Leo Papa, quod omnium sacerdotum tam excellens est electio: vt hæc, quæ in aliis membris ecclesiæ vacant a culpa: in illis tamen habeantur illicita. 32. distin. omnium. Quæstio igitur primo loco discutienda dicebatur: vtrũ missa pro pluribus oblata minus proficiat, & valeat illis, quá si pro paucis, vel vno solo fuisset oblata: pro huius igitur quæstionis

Quæstio sumpta de valore Missæ.

ctionis responsione aliqua præmittenda duxi.

Quorum primũ est, quod missa habet, & quod sit sacramentum. Et quod sit sacrificiũ. Inquantũ enim in ea repræsentatur passio Christi, qua Christus obtulit seipsum hostiam Deo (vt dicitur ad Ephe. 5) habet rationẽ sacrificij. Inquantũ vero in ea tradit̃ inuisibilis gratia sub visibili specie habet rationẽ sacramenti: vt sanctus Thomas dicit tertia parte. q. 79. ar. 7. Velut ipsemet dicit ibidem ar. 5. habet rationẽ sacrificij inquantũ offertur. Rationem vero sacramenti inquantũ sumitur. Et hinc est, quod effectum sacramẽti tantum habet in eo, qui sumit iuxta id, quod in canone missæ dicitur: quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctũ filij tui corpus, & sanguinem sumpserim⁹: omni benedictione cœlesti, & gratia repleamur. Effectũ tantũ sacrificij habet, & in eo, qui offert. Et in his, pro quibus offertur: inquantũ pro salute eorum offertur, prout in eodẽ canone dicitur. Memento Dñe famulorũ, famularumq; tuarũ: pro quibus tibi offerimus hoc sacrificiũ laudis, pro suisq; omnibus &c. Cum igit̃ missa prout sacramentũ tantũ habeat effectũ suum respectu sumẽtis, non autẽ in aliis: nam, vt inquit sanctus Thomas tertia parte. q. 79. ar. 7. ad tertiũ: ex hoc, quod alias sumit corpus Christi, vel etiã plures nõ accrescit aliis aliquod iuuamentũ: ideo cũ dicit̃ in titulo quæstionis. An missa pro multis celebrata minus valeat cuilibet ipsorũ, quã si pro paucioribus, siue pro vno solo celebraret̃: non est intelligẽdũ de missa prout sacramentũ, quoniã (vt sic) talis quæstio nõ habet locũ, nec est ad ꝓpositũ. Sed tantũ ꝓcedit titulus quæstionis de missa ꝓut est sacrificiũ: cũ ex hac parte habeat effectũ suum, & in offerẽte, & in his, ꝑ quib⁹ offert̃: vt dictũ est. Hinc sequit̃, ꝙ


Missa, & est sacramentum & sacrificium.

Corollarium.

Missa in qua sacerdos plures hostias consecrat, non plus valet, nec amplius profuit, quam ea, in qua vnam tantū consecrat. Cum nihil plus virtutis sit in multis hostiis consecratis, quam in vna: quia sub omnibus, & sub vna non est nisi totus Christus. Ex quo sequit̄ vltra, quod si aliquis in vna Missa simul multas hostias consecratas sumat: non inde participabit maiorem effectum sacramenti, quam si tantum vnam sumeret: prout docet sanctus Thomas tertia parte, q. 79. ar. 7. ad tertium.

Secundū

In Missa sunt duo sacrificiū & orationes.



SECVNDVM Quod præmittendū duxi, est hoc quod in Missa est duo cōsiderare: vnū principale, & essentiale, puta sacrificiū ipsum corporis, & sanguinis Domini, quod ibi offertur. Aliud est anexum, & quasi secundarium: cuiusmodi sunt orationes, quæ ibi fiunt pro viuis, & pro defunctis. Et ex vtroq; pendet, & pensatur valor, & fructus Missæ, licet non ex æquo: sed principaliter pensatur ex primo. Et secundario, ex secundo. Et præterea valor Missæ quo ad primū, nec diminuitur, nec suspenditur per malitiam sacerdotis. Valor tamen seu fructus Missæ quo ad secundum bene diminuitur, & suspenditur ex indispositionē, & malitia sacerdotis celebrantis; saltem prout talis valor seu fructus habet efficaciā ex personali deuotione ipsius sacerdotis orātis. Secus prout gerit vices Ecclesiæ, cuius est Nuntius, & minister: quia sic oratio sacerdotis nō est sua principaliter, sed ecclesiæ sponsæ Christi non habentis maculam, nec rugam. Et ita, vt sic, personalis malitia sacerdotis non reddit orationē Deo execrabilem, & inexaudibilem. Hinc est, quod quo ad primum, & essentiale Missæ, nō minus valet, nec minus fructuosa est Missa mali sacerdotis, quam Missa boni, & iusti, Neq; etiam

Missa boni ministri an sit melior

quo

quo ad secundarium, & minus principale, prout innititur offerenti, mediate & principaliter cuiusmodi est ecclesia militans in cuius persona sacerdos offert, & orat tanquã nuncius,& minister: vt dictum est. Secus prout talis valor, & fructus secũdarius missæ innititur oranti, & offerenti immediate,& personaliter:cuiusmodi est sacerdos ipse malus,& indispositus:nam vt sic nulli dubiũ quin missa melioris sacerdotis melior est, & magis fructuosa. Et vt sic melius est audire missam boni sacerdotis,quã mali:prout latius trahitur a theologis lib. 4. sententiarũ dist. 13. Et specialiter a sancto Thoma ibi. arti.1. subar.vltimo:& plenius tertia parte.q.82.ar.6. Hinc est vltra, quod pensata missa quo ad primum & principale ipsius,quod est sacrificium ipsum immaculatũ deo oblatum, æque fructuosa est omnis missa quodcunq; in ea officium dicatur, neq; plus valet nec prodest defuncto (vt sic) missa de Requiem,quam missa de Domina,vel quacunq; alia. Si tamen pensetur missa quo ad eius secũdarium, & adnexũ,cuiusmodi sunt orationes quæ ibi fiunt: sic magis prodesse dicitur defuncto illa missa, in qua sunt orationes ad defunctorum iuuamen determinatæ. Licet talis defectus recompensari posśit per maiorem deuotionem,vel celebrantis, vel celebrare facientis, vel per intercesśioné sancti de quo missa celebratur, vel cuius suffragium ibidẽ imploratur,signanter in magnis & præcipuis festiuitatibus ecclesiæ:vt latius videri habet per theologos lib. 4. dist. 45. Cum ergo fructus & valor missæ pensetur principaliter ex parte sacrificij. Et secundario ex parte orationũ quæ ibi fiũt: sequitur quod in præsũmpta quæstione duplex implicatur sensus. Primus an missa celebrata pro pluribus ex parte orationum

Missa de requiem amplius cõferat defuncto quam alia.

An missa pro pluribus minus valeat ex parte orationũ quam si diceretur pro vno solo.

m̃inus valeat, quã si pro paucioribus, vel vno celebraretur. Et in hoc sensu saltem prout attinet ad simplices sacerdotes & curatos, quibus principaliter sermonẽ hunc dirigimus: videt̃ ad eam respondere sanctus Tho. lib. 4. sentẽtiarũ dist. 45, q. 2. ar. 4. sub ar. 2. ad tertiũ. Ita inquiẽs quod oratio potest considerari & ex parte orantis, & ex parte eius qui oratur. Et ex vtroq; effectus eius dependet. Hinc est, ꝙ licet ex parte diuinæ virtutis quæ oratur, non sit magis difficile absoluere multos, quam vnũ. Huiusmodi tamen orantis oratio nõ ita est satisfactoria pro multis, sicut pro vno. Hæc ibi quod signanter procedit: cum quis non ex tanta fiducia, tantoq; feruore, & deuotione fudit preces, & orationem pro multis, sicut pro vno: quia difficile est, quod quis afficiatur tam̃ẽ simul ad plures, quantũ ad vnum solũ. Et confirmatur intentum, quia oratio inter suffragia ecclesiæ connumeratur: vt videre est in cap. animæ defunctorũ cum reliquis. 31. q. 2. sed cõmunis sententia est theologorũ li. 4. dist. 45. ꝙ suffragia quæ fiũt pro multis, minus valent cuilibet eorum saltẽ quo ad pœne expiationẽ, & satisfactionẽ, quã si pro vno solo fierent: vt infra magis dicetur. Ergo missa celebrata pro pluribus ex parte precum, & orationum quæ ibi fiunt, minus valet cuilibet ipsorum, quam si pro altero eorum tantum fuisset celebrata.

SECVNDVS sensus implicatus in præassumpta quæstione poterit esse. An missa celebrata pro pluribus ex parte ipsius sacrificij, ꝙ est principale, minus valeat quam si pro solo vno celebraretur. Et ad pleniorem examinationem quæstionis, sub tali sensu præmitto vnum aliud & est. Quod sacrificiũ oblatũ in altari potest pẽsari adhuc dupliciter. Vno

Sacrificium altaris põt pẽsari dupliciter

Vno modo ex ipso opere operato, hoc est, ex ipsa cõsecra tione, oblatione, & sumptione venerãdæ eucharistiæ, nõ habendo respectũ ad meritum offerentis. Alio modo ex opere operãti, i. ex merito offerentis. Est enim (vt supra meminimus) duplex offerens sacrificiũ altaris. s. offerẽs immediate, & personaliter. Cuiusmodi est sacerdos consecrans, & snmens sacramentum, qui in persona sua autoritate tamen diuina hæc perficit sacramenta. Alius est offerẽs mediate, & principaliter. Et huiusmodi est ecclesia militans, in cuius persona sacerdos offert, & cuius est in offerẽdo minister. Est enim hoc sacrificiũ, sacrificium totius ecclesiæ: in cuius signũ, sacerdos in missa nõ dicit in persona sua, Oro: sed orem⁹ in persona toti⁹ ecclesiæ. Neq; in canone dicit imprimis quæ tibi offero: sed quæ tibi offerimus. Et post cõmunionem dicit, proficiát nobis quæsumus dñe hæc sacramẽta quæ sumpsimus, quá uis ipse solus offerat: quia ecclesia offert per ipsum, tanquá per ministrũ quẽ ad hoc instituit, & ordinauit. Primus igitur offerẽs licet nõ semper sit deo gratus, nec sibi acceptus: quia sæpe est peccator. Secundũ tamen offerẽs semper est deo acceptũ, quia ecclesia semper sancta est, & vnica sponsa, & colũba christi pudica, casta, nullá habens maculam nec rugam. Si ergo fiat sermo de valore sacrificij missæ ex parte operis operantis: hoc est ex merito offerentis, siue ecclesiæ, siue sacerdotis celebrantis: respõdendũ videtur ad quæstionẽ quod missa celebrata pro pluribus (vt sic) minus valet cuilibet ipsorũ, quasi pro altero tantum eorum celebretur: quod tali posse persuaderi ratione. Omni merito finito secundũ plená dei iusticiá, correspõdet adæquate aliquod præmiũ determinatũ ad certũ gradũ, Cum secundũ iusticiá retributiuá, oporteat

Missa pro plurib⁹ dicta an minus valeat ex parte offerẽtis q̃ pro vno dicta.

esse

esse proportionem præmij ad meritũ, vt ex. 5. ethicorum excipitur. Et ita merito non correspondet infinitũ, sed determinatum præmiũ: quia finiti ad infinitum (vt testatur Boetius) nulla est proportio. Sed meritũ offerentis, tam sacerdotis celebrãtis, quam ecclesiæ, in cuius persona offert & celebrat est finitum: quia neq; gratia, quæ ponitur radix merendi, neq; actus ipse ex gratia elicitus, siue ecclesiæ, siue sacerdotis, cũ sint creaturæ est finitus: ergo nec meritum est infinitũ, sed finitum & determinatum. Et consimiliter fructus, & præmiũ secundum diuinam iustitiá correspondens illi merito est finitum, & ad certum gradũ determinatum. Sed omne finitum in partes diuisum, minus est in qualibet partiũ, quam in toto: ergo pensato sacrificio missæ ex opere operante, vel offerente, missa pro pluribus celebrata minus valet, & prodest cuilibet ipsorum, quam si pro vno eorũ tantum celebraretur. Et sumitur hæc ratio ex dictis Scoti doctoris subtilis in quolibe. q. 20. Et ex pertractatis a doctoribus theologis lib. 4. distin. 45.


SI Autem fiat sermo de sacrificio missæ ex parte operis operati. i. ipsius consecrationis, oblationis, & sumptionis corporis & sanguinis domini. Tunc pro ampliori intelligẽtia huius, & totius illius quæstionis præassumptæ. Occurrũt hic tres breues quæstiũculæ decidendæ. Prima est. Vtrum applicatio fructus & virtutis sacrificij missæ, subsit celebrãtis potestati. Secunda est. An sacerdos qui ponitur minister & dispẽsator huiusmodi sacrificij, & fructus missæ, posit fructũ illum distribuere, & aplicare pro libito suo cui voluerit. Tertia erit. An sit aliqua certa & determinata regula, quæ in huiusmodi applicatione a celebrante debeat

Quæstiones tres.
Prima.
Secunda.
Tertia.

debeat obseruari. Ante tamen quá ad expositionem isto rum trium accedam, præmitto vnum aliud de mente doctoris subtilis Scoti in quolibetis.q. 20. Et est quod sacrificium quodlibet, præcipue orationis, in triplici gradu potest intelligi valere alicui. s. specialissime, generalissime, & alio medio modo. s. specialiter. Specialissime semper valet ipsi celebranti, seu oranti si est in gratia. Nam cum iste habeat bonum animæ motum, ex quo elicit bonum opus: talis motus, & opus non sic sunt alterius, sicut orantis: nec ordinata voluntate potest illud alteri dare, sic quod non sit suum: quia magis tenetur ex charitate se, quam alium diligere. Et forte peccaret, si præpostere ageret: vt magister, & doctores theologi dicũt lib. 3. sententiarũ. dist. 29. Secundo modo: hoc est generalissime, valet toti ecclesiæ: nec sic offerens aut orans debet aliquem excludere de ecclesia. Sed omnes saltem intentione habituali includere. Tertio modo. s. specialiter dicitur valere illi cui per orantem vel offerẽtem specialiter applicatur. Nam non est dicendũ sibi valere specialissime: vt patet ex primo membro. Neq; dicendũ est, quod præcise valeat sibi generalissime, sicut cuiq; de ecclesia: quia tunc frustra essent speciales orationes ab ecclesia ordinatæ: quia aliæ pro viuis, & aliæ pro mortuis. Et iterũ pro aliis & aliis viuis, aliæ pro benefactorib⁹, & aliæ pro diuersis statibus, & cõgregationibus: vt est luce planius videre in missali officio: quod frustra ecclesia stabiliret, si nõ plus valerent illis, quá cuiq; generaliter de ecclesia.

sacrificiũ vel oratio potest valere tripliciter.

Hoc igitur supposito, deuenio ad responsioné primæ quæstiunculæ dicẽs, quod cum prima applicatio sacrificij missæ. s. specialissima, sit determinata: quia semper fit ipsi celebranti. Et similiter applicatio secunda, seu in secundo

Applicatio virtutis sacrificii an sub sit volũtatis offerẽtis.

cundo gradu. s. generalissimæ quæ semper fit toti ecclesiæ. Patet quod in illis duobus gradibus, talis applicatio non subest potestati ipsius sacerdotis celebrantis. Et has duas determinatas applicationes facit regula charitatis, quæ debet esse primo & specialissime ad seipsum: & generaliter ad omnẽ proximũ. Sed difficultas est de applicatione virtutis sacrificij missæ in tertio gradu medio puta specialiter. Et licet aliquibus visum fuerit, quod talis applicatio nonsubsit potestati ipsius sacerdotis celebrantis: quia agentis principalis est applicare virtutẽ & effectum actionis ipsius, nõ autem instrumẽti. Cum igitur sacerdos quãtum ad virtutẽ sacrificij missæ, sit (vt dicũt) mere instrumentũ, & organũ: quia illud bonũ quod debetur virtute sacrificij æque prouenit etiã si sacerdos in se nõ viuat vita gratiæ. Nihilominus tenendũ est, quod sacerdos offerens sacrificiũ altaris in persona ecclesiæ, potest eius fructũ & virtutẽ alicui, vel aliquibus specialiter applicare. Ad hoc cõferre videtur talis congruẽtia: vbi in domo aliqua rite ordinata, est aliquod bonũ distribuendum secundũ eorum exigentiam, vel indigentiam: congruum & rationabile est, quod dominus domus nõ per seipsum, & immediate, omnibus distribuit, & singulis: sed talis distributio alicui, vel aliquibus certis ministris comittat: vt regulariter fieri videmus in domibus & familiis bene ordinatis. Aeque igitur vel magis sic debet esse in ecclesia militanti, quæ est domus dei ordinatissima, quod bonum in virtute sacrificij missæ cõmunicandum non solum deus distribuat, sed aliquis minister in ecclesia: sed nulli hoc magis conuenire potest in ecclesia, quã sacerdoti offerenti sacrificium. Cui sicut cõuenit determinare intentionem suam pro quibus specialiter offerat:

rat: sic sibi cõuenit determinare ministerialiter cui bonũ virtute sacrificij impetratũ, reddatur. Nã licet bonũ illud mpetret virtute meriti ecclesiæ, in cuius persona fit oblatio, & ob cuius grãm acceptat, & nõ virtute meriti personalis ipsi⁹ sacerdotis: q2 forte est in peccato. Tamẽ q2 ratione ordinis habet gradũ excellentiæ in eccl'ia, ideo propter hũc cõuenit sibi nõ modo offerre, sed etiã oblationis fructũ & virtutẽ determinare: vt nõ tantũ sit nuncius & organũ, sed etiã minister & dispensator: vt latius deducitur a doctore subtili Scoto in. q. 20. illius quolibeti. arti. 2.


D SECVNDAM Quæstiunculam, in qua petebatur. An sacerdos possit pro libitu suo distribuere bonum missæ virtute sacrificij debitũ: ita scilicet quod hoc bonũ reddatur specialiter illi, cui ipse applicat specialiter. Ad quod dicũt aliqui quod nõ: sed ad hoc quod applicatio sacerdotis habeat effectũ: oportet quod eam faciat secundũ beneplacitum dei, qui solus est dator illius boni secundũ suũ propriũ beneplacitũ. Propter quod (vt dicũt) nõ datur tale bonũ illi cui sacerdos applicat, nisi sacerdos in applicãdo se conformet datoris voluntati. Sed hoc non placet Scoto ex eo, quia cum sacerdos non possit regulariter loquẽdo habere certitudinem de diuina voluntate, cui specialiter velit dare bonum reddendum virtute sacrificij pro missa: quia deus in speciali hoc non reuelat, neq3 in scriptura de hac doctrina habetur nisi multum remota, & vniuersalis, quæ non sufficit ad sciendum voluntatem diuinam in speciali, si applicatio facta per sacerdotem in speciali nunquam haberet effectũ, nisi esset facta conformiter diuino beneplacito. Sequeretur, quod nullã haberet sacerdos autoritatẽ applicandi virtutẽ illius sacrificij, nisi

An sacerdos possit applicare valorem missę pro libito suo

Opinio.

Scoti ratio impugnatiua.

nisi multum in vniuersali. Neq; eius applicatio proficua foret, nisi casualiter, vel per diuinum miraculum, puta quia casu fieri posset, quod sacerdos applicaret specialiter sacrificiũ illi, cui secundum dei iudicium & beneplacitum esset applicandũ: vel quia miraculose sibi reuelaretur, quæ esset dei voluntas in huiusmodi applicatione. Et consimilem augmentationem facit in distin.18.lib.4. Idem Scotus contra eos qui dicunt quod sacerdos in imponendis pœnitentiis debet se conformare diuino iudicio, & nõ imponere ad arbitriũ suum, nisi fuerit diuino instinctu regulatum: vt sanctus Thomas ibidẽ significare videtur: licet talis Scoti augmentatio in illo non ex toto procedat: vt de facili videre est per Ioannẽ Capreolũ in lib.4.dist.19.q.vnica.ar.3. Ad argumẽta in quartá conclusionem. Sed quicquid sit de illo ad propositum satis rationabiliter dici potest, quod sacerdos simpliciter non potest pro suo libito applicare virtutem sacrificij missæ, cui simpliciter & mere libere voluerit. Nam quando habetur certa doctrina, vel obligatio, seu præceptum de tali applicatione certo modo facienda: debet sacerdos in applicatione se cõformare doctrinæ illi, vel præcepto: quod si contrarium fiat: forte (vt tenet idem Scotus) nec ei cui applicatur proficit, & vltra applicáti nocet: quia sic applicando contra doctriná vel præceptum peccat. Hinc est quod huiusmodi applicatio media, & specialis virtutis, & fructus illius sacrificij non erit in mera & libera facultate ipsius sacerdotis celebrantis, quando talis applicatio est determinata ex ipsa institutione, & ordinatione ecclesiæ, quæ in diuersis parochiis instituit diuersos sacerdotes parochiales, qui tenentur officiare ecclesias, & celebrare specialiter pro suis parochianis: a quibus decimas, &

Respõsio communior.


Corollarium.

reditus quibus sustentátur accipiunt. Et pariformiter in diuersis collegiis, & capellis inueniuntur diuersi sacerdotes instituti ad offerendum sacrificium altaris, pro fundatoribus specialiter: vel pro his qui sunt in tali collegio, aut cófraternitate, vel hospitali, capella, vel alias: quibus tales proprij secerdotes sic instituti quodammodo remanent astricti, & specialiter obligati. Idem iudicium est de illis qui prouiderunt ministris de necessaria sustentatione, per quem modū multi dotauerūt monasteria, & ecclesias solénes, collegiatas, vel minores, adhoc vt ministri in talibus ecclesiis tenerent̄ specialiter celebrare pro illis, aut aliis pro quibus ipsi intendebant eos obligare. Et est huiusmodi obligatio satis æqua & rationabilis: vt qui recipit eleemosynas tēporales, refundat pro eis, a quib⁹ suscepit suffragium spirituale orationis, & oblationis: secundū illud psalmi. Sumite psalmū & date tympanum. Et apostolus. 1. ad Corint. 9. si nos vobis spiritualia seminamus: nonne magnū est si carnalia vestra metamus. Et huiusmodi eleemosyna semper transit ad successorem cum illo onere sibi imposito. Alij autē sacerdotes qui nō habent in ecclesia curam, nec etiam capellaniá aut prebendam ratione cuius eorum oblatio sit applicata certe, vel certis personis: magis libere possunt pro suo beneplacito applicare cui vellent virtutem & fructum illius sacrificij: qui tamen debet applicationem suam conformare diuino beneplacito summi sacerdotis, quantum posint de illo verisimiliter concipere. Quod & si aliquatenus perpendere habeat in cómuni, puta parentibus, benefactoribus, principibus, & prælatis, & consimilibus: difficile tamen est quandoq; percipere in speciali de hac persona, vel illa: vt ex infra dicendis apparebit. Et ita reso-

lutio illius secundæ quæstionis consistit in hoc, quod & si illi sacerdotes qui non habent curam animarũ, nec prebendam, aut beneficium, siue capellaniam, aut aliquid consimile, aliquatenus possint pro suo beneplacito applicare fructum illius sacrificij in illo medio gradu, scilicet speciali. Hi tamen quorum orationes & oblationes sunt certis personis applicatæ ex ipsa ecclesiæ institutione, fundatione, aut dotatione, vel alias vt diximus: non possunt eas pro libito aliis applicare, quia facerent iniustitiam subtrahendo debitum illis quibus iam sunt obligati. Quod tamen intelligendum est, si applicarent aliis ita specialiter, & in eodem gradu, sicut ipsis. Et dico aliis quibus non æque obligantur. Illa siquidem applicatio media, vel specialis, de qua est sermo (vt placet Scoto) non cõsistit in indiuisibili: sed potest habere multos gradus secundum quos specialius, & singularius pro vno quam pro alio sacerdos virtute sacrificij referre potest. Cum tamen plus valere intelligatur illi, cui applicatio fit in priori gradu: vtpote si sacerdos celebrat missam pro vna recõmendata persona, cui post offerentem applicat virtutẽ sacrificij, & ei valet in priori gradu post offerentem. Nihilominus post deinde applicare alteri parenti, vel amico intendens, quod quantũ potest oblatio valere alicui post personam cõmendatam: tantum valeat. Et post potest adhuc applicare alteri benefactori in tertio gradu: prætendẽs quod & valeat ipsi illud sacrificiũ, quantum cuiq; valere possit post illum amicum, vel parentem. Esto igitur quod ex ordine ecclesiastico, vel beneficio recepto teneatur quis offerre pro aliquo specialiter in primo gradu: non illi præiudicat si in secundo gradu offerat, vel applicet virtutem sacrificij. Et tertio gradu,

Applicatio missæ in gradu medio latitudinẽ habet.

dui, tertio. Et sic de aliis gradibus: quia nunquam applicatio facta in gradu posteriori (vt Scotus inquit) subtrahit illi cui facta est in gradu priori. Non tamen ex hoc decipiatur minus peritus sacerdos, existimás per talé applicationem illius sacrificij in illis gradibus, secundo, tertio, & sic deinceps: satisfacere illis quibus talem applicationé facit, si alicui eorum tenebatur ad specialem missam: vt ex inferius dicendis amplius patebit.

D RESPONSIONEM tertiæ quæstiunculæ deuenio, in qua petebatur an sit aliqua certa & determinata regula, quæ in huiusmodi applicatione media & speciali illius sacrificij a sacerdote celebrante fuerit obseruáda. Ad quod cómuniter dicitur, quod non, dubium namq; est cui fieri debeat applicatio, & in quo gradu. Vtpote curat⁹ an debeat applicare in priori gradu parochianis, quam parentibus propriis, vel econtrario: & sic de cæteris. Et dato, quod aliqui opinati fuerint quod ad instar & similitudinem ordinis casuum grámaticalium, sit habenda in missa specialium commissorum memoria: ita vt sacerdos celebrans prius recordetur sui ipsius, qui significatur per nominatiuum. Nam & charitas bene ordinata a seipsa incipere habet: saltem in spiritualibus vt trahitur lib. 3. distinctio. 29. Secundo, recordetur genetiui, idest parentum progenitorum carnalium: & spiritualium. Tertio, recordetur datiui, idest benefactorum parochianorum, fundatorum, offerentium, & similium a quibus temporalia recipit. Quarto, recordetur accusatiui, idest accusantium, & inimicorum. Quinto loco, habeat memoriam vocatiui, idest infidelium errantium, & peccatorum qui vocandi sunt ad fidem, & gratiam.


Applicationis missæ an sit aliqua certa regula.

Sexto & vltimo, recordetur ablatiui.i.mortuorū qui a nobis iam sunt ablati,& dormiūt in somno pacis:de quibus in secundo memento missæ memoria habenda est. Alij adhuc configūt sibi ipsis aliū & alium ordinem huiusmodi applicationis specialis. Attamē licet applicatio illa determinata,& specialis, saltem in mente a sacerdote habenda sit quia tamen non satis cōstat,neq; certū est ei, quis cui in graduū præfectorū ordine præponendus sit: signanter propter nimium scrupulosos, qui per nullam specialem determinationem a scrupulis securantur:neq; facta tali determinatione speciali, sunt certi, an facta sit, prout fieri deberet. Ideo tutius & salubrius consiliū est: vt sacerdos recurrat ad talem applicationē generalem in missa, vel ante missam sic inquiens. Digneris domine oblationē istam specialiter acceptare pro his quibus me nosti specialiter teneri offerre: et in illo gradu,in quo nosti me pro eis teneri. Et si in speciali determinetur in tali applicatione ad aliquem, vel aliquos:tutius est,quod talis applicatio fiat sub conditione.s. si tibi placet. Et in fine(saltem mente) addens. Et memēto omnium quibus me nosti debitorem:vt ex mente Scoti excipitur in quæstione illa.20. quolibeto. Et consonat Ioannes Gerson Cancellarius Parisiensis parte.2. in tractatu de responsionibus quarundam quæstionū.Et in tractatu de sollicitudine ecclesiasticorum particula.43. Et Gabriel super canonē lectione.26.Et vt dicunt,& satis cōuenienter.Ne in huiusmodi memorabili applicatione vel sacerdoti distractio,vel circunstantibus fastidiū surrepat. Tutius est vt sacerdos ante accessum altaris seipsum recolligat,& faciat suum memēto speciale: ita vt intētionem suam cordialiter ad eos dirigat, pro quibus specialiter celebrare

disposuit:

disposuit:& tūnc sufficit quando fuerit in memēto missæ cum his quæ continētur ibi, dicere. Memēto domine horum, pro quibus teneor, & pro quibus ordinaui me velle offerre. Addens finaliter id, quod pro remouendis scrupulis, & seruandis conscientiis, supra paulo ante de mente Scoti meminimus.

Missa pro pluribus oblata an minus valeat ex parte sacrificii quam oblata pro vno.

IS Igitur sic prælibatis, accedo iam ad solutionem quæstionis propositæ de valore sacrificij missæ: in casu, quo fiat sermo de eius fructu & valore, ex ipso opere operato: hoc est ex ipsa cōsecratione, oblatione, & sumptione corporis & sanguinis christi, non habendo respectū ad meritū offerentis. An sic loquendo de valore missæ ex parte ipsius sacrificij, minus dicatur valere & proficere missa pro pluribus celebrata, quam si pro vno solo fuisset oblata. Ad quod dici solet quod sic, ratione eadem quæ supra posita est: quia omni merito finito, secundum plenā iustitiā correspódet præmiū finitum, & determinatū ad certum gradū. Sed meritū celebrationis missæ ex parte sacrificij est finitum, & certi gradus: ergo bonū quod debetur & correspondet ei adæquate secundū iustitiā plenā, erit bonū finitū, & ad certū gradū reddendū: & ita pluribus cōmunicatū minus valebit. Quod autem meritū sacrificij missæ sit finitū & certi gradus, patet. Nam licet sacrificiū altaris secundū se, & absolute pensatū ex parte ipsius immolationis, aut rei immolatæ, quæ est Christus iesus, sit quodāmodo gratia increata & infinita: vt dicit Gabriel. Et quantitas illius sacrificij (vt sic) infinita: ita quod est impetratiuū meritoriū, & satisfactoriū infinite: & per inde effectus eius infinitus, sicut & passionis christi: & per consequēs deo acceptius quā sint exosi omnes peccatores.

Et vt sic æqúe bonũ sit cum reseruatur in pixide,& cum offertur in altari: vt Scotus subtilis dicit in.q.20. sæpe dicti quolibeti.ar.2.prope finem. Attamẽ quia vt sanctus Thomas dicit in sua tertia parte.q. 79.arti. 5. in pœni. in sati factionibus,sacrificiis,& oblationibus,magis pensatur quãtitas deuotionis,& offerentis affectus, quam rei oblatæ quãtitas: vt patet de oblatione vetulæ de qua Lucæ.21.Et cõsonat quod Gregori⁹ inquit in omelia super illud. Ambulans iesus iuxta mare galileæ &c.quod deus non pensat quantũ,sed ex quãta, & quali volũtate offeratur. Ideo cum efficatia huius sacrificij determinetur ad hunc,vel ad illum per hanc vel illam deuotionem: huiusmodi sacrificij effectus vt applicatur huic,vel illi est quodãmodo cõstitutus in pondere,numero,& mensura. Et ita quantũ ad fructũ conferendũ isti vel illi, tam in ratione satisfactionis,quam boni gratuitu collationis est finitus, & determinatus: iuxta quantitatem deuotionis offerentiũ,vel eorum pro quibus offertur. In cuius signũ dicitur in canone missæ.Memẽto domine famulorũ famularũq; &c. quorũ tibi fides cognita est, & nota deuotio. Alias cũ sacrificiũ illud de se ex parte rei oblatæ (vt diximus) sit infinitæ virtutis,etiá in satisfaciẽdo: non esset ex se maior ratio,quare magis tantũ,& non maiorẽ satisfactionẽ impartiretur: vt optime deducit domin⁹ Cardinalis Caietanus in quadá sua de hac materia quæstione. Et præterea, quia alioquin sic Christus semel tantum passus est ad totius mundi redemptionem: ita & vna missa sufficeret pro omnium animarum redemptione ab omnibus pœnis purgatorij: & ad impetrationem totius boni. Et ita frustra essent tot sacerdotes, frustra etiam essent tot missæ pro variis impetrandis ab ecclesia ordinatæ

natæ: vt Gabriel tradit super canonem lectio.27. frustrà
denicp plures missæ in satisfactionem vnius peccati in-
iungerentur: prout tangitur a sancto Thoma lib.4. dist.
45.q.2.arti.vltimo.sub arti.3.ad secundum. Ex quo satis
excipitur totum quod dictum est, ita satis ad propositũ
inquiens, quod quãuis virtus christi quæ cõtinetur sub
sacramento eucharistiæ, sit infinita tamen determinatus
est effectus, ad quem illud sacramentum ordinatur. Vn
de non oportet quod per vnum altaris sacrificium tota
pœna eorum quæ sunt in purgatorio expietur. Et con-
sonat quod tradit sanctus Ioannes Bonauentura in ea-
dem dist. 45. arti. 2. q.3. ad tertium: dicens, quod quãuis
idẽ sit sacrificiũ crucis & altaris: non tamen vtrobiq; vni
formiter operatur. Nam in cruce effusum est præciũ in
omnimoda plenitudine: sed in altari habet effectum de-
terminatum cũ cotidie assumatur. Et propter hoc prima
oblatio non iteratur, sed secũda iteratur. Et iterũ illa pro
omnibus est oblata: hæc autem specialiter potest fieri.

Hinc infert Gabriel super canonẽ, lectione. 27. quod missa non æquiualet passioni & morti Christi quan-tum ad meritum, & satisfactionem: quia fructus & bo-num correspondens secundum diuinam iustitiam me-rito missæ, minus est eo quod correspondet passioni & morti christi. Et perinde est finitũ, & ad certum gradum determinatũ. Sed omne finitum in partes diuisum mi-nus est in qualibet partium quam in toto: ergo missa ce-lebrata pro pluribus adhuc ex parte sacrificij minus va-let, & prodest ipsorũ cuilibet, quam si pro vno solo fuis-set celebrata. Et cõprobatur quia sacrificiũ altaris est vnũ & potissimũ de suffragiis, quo reuelat animæ mortuorũ vt Gregorius inquit in. c. animæ defunctorum. 13. q.2.

Missa an æquipol-leat passi-oni cristi.

Sed concors sententia & determinatio theologorũ est in li.4.dis.45.nõ obstante positione præpositiui, q suffragia ecclesiæ licet quo ad interiorẽ effectũ cõgratulationis cõsolationis & spiritualis gaudij dũ fiunt pro plurib⁹ tantum prosunt singulis,ac si pro vno tantũ fierẽt:quia charitas in qua fundatur talis cõgratulatio,& spiritualis cõsolatio,nõ minuitur si effectus eius in multos diuidatur imo magis augetur: tamẽ quo ad effectũ satisfactionis, purgationis,& expiationis a pœna,plus valẽt ei pro quo fiũt quá aliis. Imo (vt sic) illi soli prosunt: vt expresse te-

Thoma. net inter alios sanctus Tho.ibidẽ.q.2.ar. 4. & consonant alij moderni:ergo missa pro multis oblata,non tantũ valet singulis, quantũ si pro vno quoq tantum specialiter fuisset oblata,tum quia(vt dicit)habet efficaciá finitam, tũ quia deus accipit huiusmodi oblationẽ, & alia suffragia secundũ intentionẽ faciẽtis:sed faciẽs intẽdit q plus prosint ei,pro quo specialiter fiũt,quá aliis:tum quia nõ est dicẽdũ quod frustretur pia intẽtio eorũ, qui pro suis charis specialia suffragia faciũt: sed frustraretur si eis specialius nõ prodessent: vt idẽ sanctus Tho.deducit in quolib.8.q. 9. igitur missa pro multis oblata minus prodest cuilibet,quá si pro eo solo esset oblata. Eandẽ determi-

Palude. nationem tenet Petrus de Palude.suo lib.4.dist.45.q.2. ar.2.conclusio.4. vbi inter cætera dicit exẽplariter quod si aliqui in purgatorio sic sunt dispositi,quod vnus vna missa & non minori suffragio liberandus est,& sint multi tales:vna missa pro omnibus illis oblata neminem eripit:sed vna celebrata pro quocũq illorũ statim eum eripit:ergo missa pro multis celebrata min⁹ valet singulis,

Durãdus quam si pro vno eorũ fuisset oblata. Hoc idem tenuit Durandus de sancto Portiano ibidem, q.3. ad tertium:

vbi

vbi ad propositum dicit, quod cum valor vnius missæ finitus sit: impossibile est, quod pluribus distribuatur, ita quod quilibet habeat totũ: sed oportet necessario, quod valor diuidatᶦ in plures, ex quo pro pluribus fit: propter quod missa pro pluribus non tãtum prodest cuilibet, vt dicit: sicut si fieret pro ipso specialiter. Consonat seraphicus Bonauẽtura eadem dist. ar. 2. q. 3. dicẽs, quod multũ refert, quod suffragia fiant pro pluribus, an pro vno. Nam (vt inquit) si fiant in speciali, ei magis prosunt, pro quo fiunt. Eidem determinationi alludit Ricardus de Media villa in eadem dist. 45. ar. 2. q. 3: tum quia alias ille qui pro vno defuncto tenetur dicere vnam missam: & aliam missam pro alio, sufficienter solueret, & satisfaceret vtriq;, si diceret vnam tantum pro illis duobus (vt dicit) falsum est: tum quia bonum finitum, quod sufficit ad plenariam liberationem vnius animæ de purgatorio, sufficeret ad liberationem omnium animarum ad æqualem pœnam obligatarum: quod non conceditur. Tum quoq; quia alias inutilis esset consuetudo ecclesiæ, quæ suffragia aliquando facit pro specialibus personis: ergo missa pro multis celebrata minus prodest singulis, quã si pro vno tantum eorum celebraretur. Concordat per omnia Doctor subtilis Scotus in suis quolibe. q. 20. ar. 2. membro tertio cum expresse dicit. Quod missa virtute sacrificij non tantum valet applicata pluribus in eodem gradu, sicut si vni soli applicaretur: vt ibidem ab eodem deducitur ratione, de qua supra. Reualidatur huiusmodi determinatio ex dictis Roberti Holchot suo lib. 4. super sententias. q. 3. arti. 5. vbi tenet in responsione ad quæstionem. Quod missa dicta pro multis non tantum valet cuilibet illorũ, ac si specialiter celebraretur pro vno:

Bonauentura. Ricardus. Scotus. Holchot.

quia, vt dicit, valor missæ per modū satisfactionis cedet cuilibet in partē satisfactionis apud Deū secundū æqualem proportionē, & secundū numerū personarū: & per consequens quantoplures fuerint: tanto vnusquisq; minus habebit: quia, vt dicit, valor missæ est virtutis finitæ existenti in purgatorio. Si autē sufficeret vna missa ad satisfactionem faciendā pro omni debito, in quo tenerentur quicunq; homines obligati ad quácunq; pœnam in purgatorio: sic frustra dicerētur plures missæ: quod non videtur verū. Et præterea si missa generaliter dicta pro centum tantum valet vnicuique, quantum si esset dicta specialiter, & principaliter pro vno solo: irrationabiliter (vt dicit) permitteret ecclesia celebrari specialiter pro vno, & sic tota ecclesia erraret, quod est absurdum. Ergo per modum satisfactionis, saltem missa applicata pluribus in eodem gradu minus prodest, & valet, quam si vni tantum eorum esset applicata. eandem tenuit sententiam Cardinalis de Turre Cremata in suo apparatu super capitulum: Non mediocriter. de conse. dist. 5. quia iustitia humana exemplata est a diuina: sed secundum iustitiam humanam si aliquis soluerit debitum pro vno: ille solus liberatur, pro quo debitū soluitur, & non, alius: ergo etiam secundū iustitiam diuiná, ille pro quo fit suffragium missæ ad soluendū debitum pœnæ liberabitur: ergo sibi prodest, & non alij: vt sic consonat Cancellarius Parisiensis parte secunda de solicitudine ecclesiasticorū. particula. 21. Cum dicit. Certū est proinde suffragia ecclesiæ, vel singularis personæ, non tantum valere pro mille, aut omnibus: quantum si pro vno fiant. Neq; est controuersia qualiscunq; (vt inquit) apud doctores de suffragio satisfactionis, & redemptionis: sicūt exempla ciuilia, &

Cardinalis de turre cremata.

Cancellarius.

lia,& cotidiana conuincunt de debente centum francos, qui liberaretur centum pro se solutis: sed additis secum decem sociis in participatione liberationis propria eius tantundem liberatio tardaretur. Et simile dixit sua.3.parte.in tractatu de oratione,& eius valore: dicens, quod sicut opus satisfactorium non valet tantum pro multis, sicut pro vno, vel paucis: sic neq; recipiens temporalia ad suffragandum pro vno, æque satisfaceret pro deletione reatus plurimorum, quemadmodū deleret reatum proprium, vel paucorum. Eandem tenuit determinationem Gabriel super canonem.lectione. 27. vbi post multa concludit inquiens. Vbi patet, quod missa celebrata specialiter pro vno, vel pro paucis, plus valet tali,& cuilibet de paucis, quam si celebraretur simul pro pluribus, siue pro multis. Et hoc tam ad pœnæ solutionem, quam quo ad boni gratuiti collationem: in eodem saltem gradu applicationis, vt de mente Scoti dictū est: quia si vni applicatur in certo gradu priori, nihil minus cōsequitur ille, si ex postfacto mille applicaretur in gradu posteriori: vt supra dictū est: licet applicans sic non satisfaciat alicui illorū, si mille eis promiserat missas: vt infra patebit. Gabriel.

Hinc sequitur, quod cum diuus Hierony. dicit. Et habetur in.c. Non mediocriter. de cōse. dis.5. quod cum pro centū animabus missa, vel psalmus dicatur: nihil minus, quam si pro vnoquoq; eorū diceretur, accipitur. Intelligendum est, vt glo. ibidē intelligit, ꝙ non minus accipit̄ .s. ab ipso orāte, vel celebrāte: quia siue pro vno, siue pro multis psalmus, vel missa dicat̄: semper valet specialissime,& æqualiter ipsi celebrāti, vel oranti, vt dictū fuit supra. Si æque fuerit dispositus, & æque ordinate facit, qđ ab eo faciendum est, Non autem intelligitur quantū ad Expositio dicti Hierony.

ſatisfactionis vtilitatẽ eorum,pro quibús miſſa,vel pſal mus dicitur:vt etiá exponitur a Scoto, Ricardo, ſancto Bonauentura,Gabriele,Cardinali de Turre Cremata,& cæteris locis præcitatis. Et adhuc glo.ibi de conſe. diſt.5. ſuper eandem partem addit aliam expoſitionem: quam etiam cómemorant Scotus, & Gabriel, vbi & prius. Et vltra Durandus de ſancto portiano ſuo lib.4.diſt.45.q. 3.ad tertiũ: videtur ſuperaddere & alia,de quibus ad præ ſens ſupercedendum cenſui:quia illa, quæ hic cómemo rata eſt,videtur ſatis cóueniens ad propoſitum: alias vi deat,qui velit in locis cómemoratis.Et per hoc me expe dio de reſponſione quæſtionis præaſſumptæ. An miſſa pro pluribus oblata dicatur minús valere cuilibet ipſo rum:quam ſi pro paucis,vel vno ſolo de ipſis fuiſſet cele brata. Ex cuius ſolutione dictum eſt pẽdere ſolutionem principalis quæſtionis inter viſitandum per curatos, & alios ſacerdotes a nobis pſæpe ſciſcitatæ, aut perquiſitæ.

Reſpõſio queſtiõis príncipa lis.



X Quibus infero aliqua. Et primo,& princi paliter infero reſponſionem quæſtionis prin cipalis, qua quærebatur. An ſacerdos obliga tus ad dicendum miſſam pro vno. Obligatus etiam ad dicendum miſſam pro alio, ſufficienter ſoluat debitum: & ſe quitet, ſatisfaciatq; vtriq; dicendo vnam tantum miſſam pro ambobus:cui reſpondeo per huiuſ modi corollarij concluſionem. Sacerdos obligatus cele brare,aut miſſam dicere pro duobus obligationibus di ſtinctis,& ſtrictis, non ſatisfacit, neq; ſufficienter ſe qui tat,nec ſoluit debitum dicendo, ſeu celebrando vná miſ ſam pro ambobus illis: patet ſatis ex ſupradictis. Nam talis ſacerdos obligauit ſe cuilibet duorum, ad dicẽdum miſſam pro eo ſpecialiter illam, ſcilicet, ſibi applicando

in

in primo gradu, post celebrantem quantum alicui appli cari potest specialiter. Cum igitur missam illam applicat æque, & æqualiter duobus. Et vna missa applicata duobus ex æquo iuxta dicta, non tantũ valeat illis, quantum si vni eorum tantum fuisset specialiter applicata: ergo talis sacerdos minus soluit, quam se obligauit: & ita nec satisfacit, nec soluit debitum. Et confirmatur, quia qui tenetur ad maius bonum, non satisfacit soluendo minus bonum. Sed constat, quod duæ missæ sunt magis bonum, quam vna: vna etiam missa pro isto est sibi maius bonum (si dicatur pro illo) quam si dicatur simul pro illo, & alio: ergo talis sacerdos non satisfacit, nec soluit debitum vtriq;. Et præterea promittens stricta promissione, non soluitur, nisi soluat id quod promisit: sed talis sacerdos non soluit id, quod promisit: quia promisit cuilibet illorum duorum vnam missam: & non soluit vtriq; nisi vnam: ergo non satisfacit, nec soluit debitum. Et præterea quia ex opposito sequi videntur inopinabilia, & absurda: vtpote quod obligatus ad centum, & ad mille missas dicendas ex voto, vel ex iniuncto in foro pœnitentiæ, aut alias absolueret se dicendo vnam missam: & ita quod tantum valeret vna, sicut centum, & sicut mille missæ. Et vltra quod tantum valeret centum, & mille: imo toti mundo vna missa, sicut valeret vni &c. Ergo sacerdos sic obligatus duob⁹ ad duas missas sigillatim pro eis dicendas, non satisfacit, nec soluit debitum dicendo vnam tantum pro ambobus. Et hoc expresse tenet Doctor subtilis Scotus in quolibe. q. 20. arti. 3. principali. Et post ipsum Gabriel in expositione canonis lectione. 27. Scotus.
Idem tenet in indiuiduo magister Robertus Holchot suo lib, 4. super sententias, q. 3, ar, 5. Idem tenet magister Heruecus Holchot. Heruecus
Heruecus

Herueus Brito in ſuis quolibetis quolibe.10. q.13. vbi tenet, quod cum quilibet ex pluribus petit miſſam propriam a ſacerdote: non ſatisfacit dicendo vnam pro pluribus, quantuncunq; valeat miſſa ſua. Idem tenet Ricardus de media villa ſuo lib.4.diſ.45.ar.2.q.3.dicens, quod ſi tantũ valeret miſſa dicta pro pluribus, quantum ſi pro vno ſolo diceretur: tunc ille, qui tenet dicere vnã miſſam pro vno, & pro alio aliã, ſufficienter ſolueret debitũ: ſi vnam miſſam diceret pro duob⁹: quod (vt inquit) falſum eſt. Et cõſonãt ei omnes theologi ibidẽ. Idem tenet Ioannes Gerſon Cãcellarius Pariſienſis ſua.3.parte.in tractatu de oratione.parte.2.c.addamus.vbi ſic infert. Hinc eſt quod nõ abſoluitur dicẽdo miſſam vnã, dum ſe ad plures & pro plurib⁹ obligauit, & in pluribus aliis locis ſuorum opuſculorũ tenet idẽ. Petrus quoq; de Palude ſuo lib.4.diſt.45.q.2.art.2.dicit, quod ſimul promittẽs Titio vnam marchã, & Sergio vnã: non totaliter liberatur offerendo duobus vnã: ſic nec promittens ſigillatim, & ſeorſum diuerſis miſſam vnã, liberatur celebrãdo vnam pro omnibus. Idem quodãmodo tenet Cardinalis Caietanus in quæſtione propria de hac materia habita in ſuis opuſculis: vbi poſt multa dicit. Semper enim ſatisfactio cuilibet deuotioni reſpõdens eſt finita, & ſi ad plures per intentionem applicetur, diuiditur, & minus a ſingulis participatur &c. Hic nanq; Doctor cum aliis theologis ſaltem in hoc conuenit, quod cum regulariter loquendo maior fuerit deuotio offerentium, & eorum pro quibus offertur, aut procurantium in pluribus miſsis, quam in vna: quod plus quis ſatisfacit pluribus, quã vna miſſa. Et ita qui promittit dicere duas, vel tres, nõ ſatisfacit dicendo vnam, ſed tenetur dicere tres.

Ricardus

Cancellarius.

Palude.

Cardinalis Caietanus.

